Κατθέμεν, *Jon.* pro καταθεῖναι, *ibid.* 285.

V. 5 — 13.

Ibid. 286 — 294.

V. 14.

Φίλῳ ἐπεπείθετο πατρὶ, ſuo parebat patri. τοῖσι δ' ἐπεπείθετο θυμὸς, *Od.* M. 324.

V. 15.

Ἐκ δὲ καλεσσάμενος, pro ἐκκαλεσσάμενος, quod *idem quod* ἐκκαλέσας. Cum autem evocavit.

Τροφὸν Εὐρύκλειαν, *Od.* P. 31.

V. 16.

Μαῖα, *Od.* P. 499.

Ἄγε δή μοι ἔρυξον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκας, age jam mihi contine in cellis ſuis ancillas.

V. 17.

Καταθείομαι, pro καταθέομαι, præſ. pro fut. *Jon.* ita *Il.* X. 111.

Ἔντεα πατρὸς, arma patris. ἔντεα δαιτὸς, *Od.* H. 232.

V. 18.

Ἀκηδέα, *i. e.* ἠμελημένα. *ſc.* ἔντεα. γυναῖκες ἀκηδέες, *Od.* P. 319.

Τά μοι κατὰ οἶκον ἀκηδέα καπνὸς ἀμέρδει, quæ (arma) mihi in domo neglecta fumus fuſcat, nigra facit, privat nitore ſuo, ἀφανίζει, σκοτίζει. ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, *Od.* Θ. 64.

V. 19.

Πατρὸς ἀποιχομένοιο, Patre abſente.

Ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα, Vide ad *Od.* Σ. 228.

V. 20.

V. 20.

Ἵν' οὐ πυρὸς ἵξετ' αὐτμὴ, quo non ignis veniet vapor. ὅσσον πυρὸς ἵκετ' αὐτμὴ, *Od.* Π. 290. & fupra *v.* 9.

V. 22.

Αἲ γὰρ δή ποτε, τέκνον, ἐπιφροσύνας ἀνέλοιο, Utinam tandem fane, fili! curas prudentes fufcipere velles! ἐν μὴ ἐπιφροσύνην δῶκε Ἀθήνη, *Od.* Ε. 437.

Ἀνέλοιο, fufciperes, ἀναλάβῃς. εἴ σ' ἀνελοίμην, *Od.* Σ. 356.

V. 23.

Οἴκου κήδεσθαι, καὶ κτήματα πάντα φυλάσσειν, Rei familiaris curam follicitam habere.

Κτήματα πάντα φυλάσσειν. fic ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν, omnia in ftatu fuo bono confervare, alles in gutem Stand bewahren, *Od.* Β. 227.

V. 24.

Μετοιχομένη, tecum iens.

Τίς τοι — φάος οἴσει, *i. e.* ἐν χερσὶ βαστάσει; quænam tibi — lumen portabit? welche soll dir leuchten, durch Vortragung eines brennenden Stüks Kienholz?

V. 25.

Προβλώσκω, procedo, progredior curiofe, ut fpectem, quid novi fit. ex πρὸ & βλώσκω, accedo, eo, venio curiofus.

Δμωὰς δ' οὐκ εἴας προβλωσκέμεν, *pro* προβλώσκειν, Ancillas enim vetabas paullo ante progredi ex habitaculo fuo. *coll.* 16.

Οὐκ εἴας, *pro* εἴασς, non finebas, *i. e.* prohibebas.

Αἵ κεν ἔφαινον, quæ aliàs tibi lucem præberent, die fonft dir leuchteten. Φαίνω ergo *h. l.* in fenfu omnium primo ponitur. *coll.* 24.

V. 27.

Οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, non enim otiofum tolerabo eum effe. *fc.* ὄντα ἢ διάγοντα. ἀεργὸς ἀνὴρ, *Il.* Ι. 320.

Ἀνέξομαι. ἅπαντας ἀνθρώπους ἀνέχεσθαι, *Od.* Ρ. 13.

V. 28.

Χοῖνιξ, ικος, ἡ, menfuræ aridorum nomen, quæ menfura major eft, quam τὸ μέτρον. *deinde* notat & rem ipfam, hac menfura definiri folitam. *imo* & τροφήν. a χαίνω, hifco, recipio ore aperto.

Ὅς

"Ος κεν ἐμῆς γε Χοίνικος ἅπτηται, quicunque meam Mensuram frumenti, *i. e.* cibum meum & demensum tetigerit.] Τροφὰς λαμβάνει· τό. τε μέτρον καὶ τὸ μετρούμενον, χοῖνιξ. *Schol.*

Καὶ τηλόθεν εἰληλουθώς, etiam ex longinquo qui advenit. Vid. ad *Od.* Ν. 237.

V. 29.

Τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος, *Od.* Ρ. 57.

V. 30.

Κληΐζω, claudo sera & pessulo, occludo. a κληΐς, ῖδος, ἡ, sera, pessulus, ein Riegel. Formam κλείειν, claudere, *Homerus* non habet. κληΐσσεν δὲ θύρας, sie verriegelte die Thür.

Μεγάρων εὖ ναιεταόντων, ædium bene habitabilium.

V. 31.

Τὼ δ' ἄρ' ἀναΐξαντ' —, *pro* ἀναΐξαντε, Ulysses & filius. πάντες ἀνήϊξαν γελόωντες, *Od.* Σ. 40.] Tum vero *aggressi sunt inferre*, vel *cœperunt inferre.* Eodem modo ἐρμᾶν & ἀνορμᾶν dicitur apud *Homerum.* 'Αναΐξας sic fere est *Il.* Α. 584. ERN.

V. 32.

'Εσφόρεον κόρυθάς τε, καὶ ἀσπίδας, Intro ferebant in conclave aliud galeasque, & scuta: εἰσεκόμιζον. ἐσφόρεον ὕδωρ, *Od.* Ζ. 91.

'Ασπίδας ὀμφαλοέσσας, scuta umbone prædita. *Il.* Δ. 448.

V. 33.

"Εγχεά τ' ὀξυόεντα, Hastasque acutas. *Il.* Ε. 50.

V. 34.

Λύχνος, ου, ὁ, lumen, lucerna: ein Licht, dergleichen wir im finstern anzünden, eine Lampe.

Χρύσεον λύχνον ἔχουσα, *coll.* 24. 25. 39. & *h. l.* subintelligendum ὡς, *quasi* aureum vas habens, in quo præferebatur lumen oleo ardens; non vero δηλικῶς lumen præferens; nam sermo est de Minerva. & sensus verus est: Ulysses jam disposuerat locis aptis vasa inaurata, in quibus ardebat lumen, ut liquido ubique cernere posset; quod artificium, fortasse antea non visum Telemacho, admiratur hic magnopere.

Χρύσεον λύχνον ἔχουσα, φάος περικαλλὲς ἐποίει, lucernam, i. e.

i. e. facem ardentem, habens, lumen valde gratum & pulcrum faciebat. Φάος, supra v. 24.

v. 36.

Ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι, profecto magnam rem mirandam hanc oculis video. θαῦμα ἰδέσθαι, Od. N. 108.

v. 37.

Ἔμπης μοι τοῖχοι — Φαίνοντ' — ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο, Omnino mihi parietes — Apparent — quasi ignis ardentis specie, sie scheinen mir völlig wie mit einem hellen Feuer. ut ἔμπης sit quasi ἐπίσης, vel ἴσως: vel potius, über und über, toti. Vid. ad Od. Σ. 353.

Τοῖχοι μεγάρων, die Wände des Saals.

Καλαί τε μεσόδμαι, videntur esse interstitia inter columnas ad parietem. ἰσὸν κοίλης ἔντοσθε μεσόδμης, Od. O. 289.

v. 38.

Εἰλάτιναί τε δοκοί, Abiegnæque trabes, in domo regia. ἱστὸν ἐλάτινον, ibid.

Δοκὸς, Il. P. 744.

Κίονες ὕψος' ἔχοντες, columnæ sursum continentes, in altum tendentes & altum attingentes, ἀναβαίνοντες quasi καὶ ἀνέχοντες. κίων, Od. P. 29.

Ὕψοσε, Od. N. 83.

v. 39.

Φαίνοντ' (pro Φαίνονται) ὀφθαλμοῖς, ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο, Conspiciuntur oculis meis, quasi ignis ardentis, scil. obsitæ & oppletæ flamma.

v. 40.

Ἦ μάλα τις Θεὸς ἔνδον, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν, Certe omnino aliquis Deorum intus, qui cœlum latum habitant.

v. 36 — 40.

Splendor insolitus in domo aliisve locis apparens, *faustum* olim *omen* erat. *Lux* enim felicitatis & lætitiæ, sicut *tenebræ* horroris & infortunii, comes putabatur. Hinc *h. l.* ante victoriam Ulyssis, qua procos Penelopes superavit, hujusmodi prodigium sibi visum esse refert Telemachus:

Ὦ πάτερ, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι.

κ. τ. λ.

Ex quibus patet, *lucem Numinis alicujus cœleſtis præſentiam ſignificaſſe*: ſicut e contra Dii inferi, quorum erat infortunia & calamitates ſecum afferre, tenebris & aliis modis horrorem incutientibus, nunquam autem luce, niſi obſcura & ſubfuſca, apparebant. POTT. *Tom. I. p.* 362. *ſq.*

V. 42.

Σίγα, *Od.* P. 393.

Καλισχάνω, cohibeo. ex κατὰ & ἰσχάνω, teneo, detineo.

Κατὰ σὸν νόον ἴσχανε, *pro* καλίσχανε, intra te cohibe ſententiam tuam.

Μηδ' ἐρέεινε, neque quidquam ſcrutare, nec interroga. ἄψαρ δ' ἐρεείνετο μύθῳ, *Od.* P. 305.

V. 43.

Αὕτη τοι δίκη ἐςὶ Θεῶν, Hic ſane mos eſt Deorum, ſo pflegen es die Götter zu machen. μνηςήρων οὐχ ἥδε δίκη τοπάροιθε τέτυκτο, *Od.* Σ. 274.

V. 44.

Ἀλλὰ σὺ μὲν καλάλεξαι, Sed tu quidem decumbe dormiturus, lege du dich nur nieder. καλαλέχθαι, *Od.* O. 393. Ἐγὼ δ' ὑπολείψομαι αὐτοῦ, *Od.* P. 276.

V. 45.

Ἐρεθίζω, irritem.

V. 46.

Ἡ δέ μ' ὀδυρομένη εἰρήσεται ἀμφὶς ἕκαςα, Hæc vero me lugens interrogabit de ſingulis, ſie wird mich um alles befragen, de quavis re ſeparatim.

V. 47.

Τηλέμαχος δὲ δι' ἐκ μεγάροιο βεβήκει, Vide ad *Od.* Σ. 184.] E triclinio, ubi convivati erant proci: ibi noctu manſit Ulyſſes. ERN.

V. 48.

Κείων ἐς θάλαμον, Cubiturus in cubiculo. κείοντες, *Od.* Σ. 427.

Δαΐδων ὑπολαμπομενάων, facibus adfulgentibus, unter der Erleuchtung der Fakeln: de cubitum itione. ſic *Il.* Σ. 492. de deductione ſponſæ.

V. 49.

Ἔνθα πάρος κοιμᾶθ', *pro* κοιμᾶτο, Ubi antea dormire ſolebat.

V. 50.

v. 50.

Ἔνθ' ἄρα καὶ τότ' ἔλεκτο, Ubi ſane & tunc compoſuit ſe dormitum. λέκτο μυχῷ δόμου, *Od.* H. 346.

Ἠῶ δῖαν ἔμιμνεν, auroram divinam exſpectavit, in lecto ſuo quieſcens.

v. 51. 52.

Supra *v.* I. 2.

v. 54.

Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠδὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, *Od.* P. 37.

v. 55.

Τῇ παρὰ μὲν κλισίην πυρὶ κάτθεσαν, Ei apud ignem ſellam poſuerunt; & quidem δινωτὴν ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ. ex quo apparet, quid ſit εὔτυκτος ἢ ποικίλος κλισμός: ebore & argento artificioſe exornatus.

Ἔνθ' ἄρ' ἔφιζε, ibi inſidebat, da ſezte ſie ſich drauf.

v. 56.

Δινωτὴν (κλισίην) ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ, Circa exornatam (ſellam) ebore & argento. δινωτοῖσι λέχεσσι, *i. e.* τορνωτοῖς, torno artificioſe elaboratis lectis, *Il.* Γ. 391.

Ἐλέφας, *Od.* Σ. 195.

v. 57.

Ὑπὸ θρῆνυν ποσὶν ἧκε, *pro* ὑφῆκε, ſcabellum pedibus ſuppoſuit. θρῆνυς, *Od.* P. 504.

v. 58.

Προσφυής, έος, ὁ, ἡ, adhærens, dran hangend oder gewachſen. θρῆνυν προσφυέα ἐκ κλισίης, ſcabellum adhærens firmum ſellæ.

Ὅθ' ἐπὶ μέγα βάλλετο (*pro* ἐπεβάλλετο) κῶας, ubi injecerat *vel* ſuperſternebat magnam pellem, *ſc.* ſellæ, in qua ſeſſura erat Penelope. τῷ δὲ συβώτης χεῦεν ὕπο χλωρὰς ῥῶπας, καὶ κῶας ὕπερθεν, *Od.* Π. 47.

v. 60.

Ἀμφίπολοι λευκώλενοι, in domo regia Ulyſſis. Vid. ad *Od.* Σ. 197.

v. 61.

Αἱ δ' ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ᾕρεον, ἠδὲ τραπέζας, ſie nahmen das Brod und die Tiſche ab.

v. 62.

Δέπα, *per Apocop.* pro δέπαλα, pocula.

Ὑπερμενέω, viribus potenter utor. ἄνδρες ὑπερμενέοντες, vocantur proci, utpote nobiles valde & divites & fortes: & est idem quod ἀγήνορες. maxime, ut juvenes validi.

v. 63.

Πῦρ δ' ἀπὸ λαμπτήρων χαμάδις βάλον, (finito convivio, quando faces erant exstinguendæ,) Ignem de focis in terram conclavis projecerunt: quanquam hîc removentur ligna jam deusta, ut novis lignis aridis locus sufficeret ad ardendum clare. ut ergo πῦρ hîc sint carbones vivi. terra conclavis vero erat pavimentum nudum, nulla alia munitione superinducta. Vide ad *Od.* Σ. 342.

Χαμάδις, in solum conclavis magni. *Od.* Δ. 114.

v. 64.

Νήησαν (*pro* ἐνήησαν) ξύλα πολλά, Coacervabant ligna multa, ut esset ignis ad lucendum clare, & ad calefaciendum corpus. ἐσώρευσαν. πῦρ ἐν νήησαι, *Od.* O. 321.

Φόως ἔμεν, (*pro* εἶναι,) ἠδὲ θέρεσθαι, ut præbeant lumen, & ut calefaciant. infinit Med. *Active* notare videtur, θέρμην ποιεῖν, facere calorem: & hoc ἐπὶ ἐσχάρης, in foco; sicut Φῶς ἐπὶ λαμπτήρων. nam antiqui facibus, *i. e.* lignis fissis, etiam in domibus loco luminum utebantur in foculis portatilibus: ergo ad utrumque colligebant ligna sicca, ad lucendum in foculis, & ad calefaciendum in foco. ἐπεί κε πυρὸς θερέω, *Od.* P. 23.

Φόως, *Il.* B. 49.

v. 65.

Od. Σ. 325.

Δεύτερον αὖτις, altera vice rursus.

v. 66.

Ἔτι καὶ νῦν ἐνθάδ' ἀνιήσεις —; an adhuc & nunc hic molestus eris? οὐ γάρ τίς τοι ἀνιᾶται παρεόντι, *Od.* O. 334.

v. 67.

Δινεύων κατὰ οἶκον, Circumversans in domo, umher gehend. δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς ἐδίνευον, circumrotabant se, *Il.* Σ. 605. *coll.* 494. sic & *Od.* Δ. 19. duo saltatores saltabant in circulo, κατὰ δῖνον ἐστρέφοντο, sie tanzeten einen Kreis. ὅστις δινεύοι κατὰ μέσσον, quisquis in medio versaretur, & undique circumspiceret ab hac & ab illa parte præliantes, *Il.* Δ. 541. τὴν (πέλειαν) δινεύουσαν ὑπὸ

πτέρυγος

πλίγυγος βάλε, hanc huc & illuc se vertentem percussit sagitta; nam filo longiusculo in alto alligata erat columba ad pedem, *Il.* Ψ. 875. ἀναξὰς δινεύεσκε παρὰ θῖνα ἁλὸς, oberrabat in littore maris, er gieng auf und ab spazieren, *Il.* Ω. 12.

'Οπιπτεύσεις δὲ γυναῖκας, & curiose spectabis fœminas, περιέργως βλέψεις. τί δ' ἐπιπτεύεις πολέμοιο γεφύρας; quid circumspectas interstitia inter ordines pugnantium? *Il.* Δ. 371.

v. 68.

Ἔξελθε θύραζε, exi foras.

Τάλαν, audax homo. *Od.* Σ. 326.

Δαιτὸς ὄνησο, prosit tibi epulum: satis habe, fruitum te esse cibo & potu. ἐσθλός μοι δοκεῖ εἶναι, ὀνήμενος, *sc.* εἴη, bonus mihi videtur esse; & huic elogio breviter additum est votum: esto adjutus, fruatur, ὄναιτο ταύτης ἀγορᾶς, (commodum capiat ex hac concione,) καί οἱ ἀγαθὸν τελεσθείη, (bene & feliciter eveniat ei,) ὅπερ ἐθέλει, *Od.* Β. 33. ὅτε με ἀνάτο, cum me vituperavit, contemsit, *Il.* Ρ. 25.

v. 69.

Δαλῷ βεβλημένος, torre percussus, mit einem brennenden Stück Holz geworffen: & dicit sic λαμπάδα ἐκ τῶν καλῶν τὰς λαμπτῆρας, einen von den Bränden, die zum leuchten brenneten. ὅτε τις δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε, *Od.* Ε. 488.

Εἶθα, pro εἶς, *Il.* Κ. 450.) θύραζε, is, *i. e.* ibis, foras.

v. 70.

Ὑπόδρα ἰδών, *Od.* Σ. 387.

v. 71.

Δαιμονίη, Ulysses ad ancillam honestiorem, subiratus quidem, dissimulans tamen, & leniturus eam. Δαιμόνιοι, *ibid.* 405.] Excipit Ulysses, docetque, quanta sit hujus ancillæ inhumanitas, quæ hospiti tam proterve insultet. Tum monet, inconstantem esse felicitatis statum, e quo ut ipsemet jam decidit, licet, cum eo frueretur, beneficus quam maxime in hospites fuerit: ita quoque accidere potest, ut illa diutius hac prosperitate non exultet, sive eam abrumpat Ulyssis adventus, sive ipse etiam Telemachus, qui jam ea est ætate, ut prudentius rem do-

 mesticam

mesticam administraturus videatur, & illas ancillarum petulantias non ignoret. SPOND.

Τί μοι ὧδ' ἐπέχεις; cur sic contra me directa es? warum bist du dergestalt wieder mich? warum gehest du mir so feindlich zu Leibe? Θρῆνυν, ᾧ ἔ' ἐπεχεν πόδας, *Od.* P. 410.

Τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεκοτηότι θυμῷ; cur adeo acerba es contra me irato animo? Vid. ad *Od.* I. 501.

v. 72.

Λιπάω, pinguis & nitidus sum. a λίπος, εος, τὸ, pinguedo eximia.

Ἦ ὅτι οὐ λιπόω; Num quod non niteo corpore? quod non plena sum habitudine? interrogat in senem personatus Ulysses ancillam superbam; & est pro contracto λιπῶ, distracto rursus circumflexo per ο.

Κακὰ δὲ χροῒ εἵματα εἷμαι; & viles corpore vestes indutus sum? perf. Pass.

v. 73.

Πτωχεύω δ' ἀνὰ δῆμον; Mendicoque per populum? πτωχεύεσκ', *Od.* Σ. 2.

Ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει, necessitas enim impellit & urget me, ich bin dazu gezwungen.

v. 74.

Τοιοῦτοι πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες ἄνδρες ἔασι, Tales (qualis ego sum vestitu & habitu corporis) mendici & oberrantes homines sunt. Vid. ad *Od.* P. 376.

v. 75 — 80.

Od. P. 419 — 424.

v. 81.

Τῷ νῦν μή ποτε καὶ σὺ — ἀπὸ πᾶσαν ὀλέσσῃς Ἀγλαΐην, Ideo nunc *cave*, ne aliquando & tu — omnem amittas Nitorem & præstantiam, qua nunc conspicua es.

v. 82.

Ἀγλαΐα *h. l.* in medio est sensu; nam Ulysses sic personatus loquitur ad ancillam suam, forma & ætate ferocem. ἀγλαΐην γὰρ ἔμοιγε Θεοὶ ὤλεσαν, *Od.* Σ. 179.

Τῇ νῦν γε μετὰ δμωῇσι κέκασσαι, quo (decore & formositate) nunc inter ancillas reliquas eluces egregie: sermo est Ulyssis ad pulcram ancillam Melantho. ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο, *Od.* I. 509.

v. 83.

v. 83.

Μή πως τοι δέσποινα κοτεσσαμένη χαλεπήνῃ, Ne tibi hera irascens dura fiat. κεκοτηότι θυμῷ, supra v. 71.

Χαλεπήνῃ· χαλεπαίνοι, *Od.* Σ. 414.

v. 84.

Ἔτι γὰρ καὶ ἐλπίδος αἶσα, *Od.* Π. 101.

v. 85.

Εἰ δ' ὁ μὲν ὧς ἀπόλωλε, καὶ οὐκέτι νόστιμός ἐστιν, Sin ille quidem ita periit, nec amplius rediturus est. Vide ad *Od.* P. 571.

v. 86.

Ἀλλ' ἤδη παῖς τοῖος Ἀπόλλωνός γε ἕκητι Τηλέμαχος. Ἑρμείαο ἕκητι, *Od.* O. 318. *il a, par la faveur d'Apollon, un fils en âge de tenir sa place,*] Il dit, *par la faveur d'Apollon*, parce qu'on attribuoit à ce Dieu le soin de la jeunesse; c'est-pourquoi il étoit appellé Κουροτρόφος, aussi bien que *Diane* sa sœur, qui partageoit avec lui ce soin; c'est-pourquoi elle avoit aussi le nom particulier de *Curotballia*, parce qu'elle faisoit croître les enfans, τοὺς κούρους θάλλειν. C'est-pourquoi l'on celebroit en son honneur une fête particuliere pour la santé des enfans. DAC.

v. 88.

Τὸν δ' οὔτις ἐνὶ μεγάροισι γυναικῶν λήθει ἀτασθάλλουσ', hunc autem nulla in ædibus mulierum, *i. e.* ancillarum. Latet improbe agens.

Ἀτασθάλλουσ', *pro* ἀτασθάλλουσα, contra morem & rationem agens. μή τις ἐμὲ πλήξῃ ἀτασθάλλων, *Od.* Σ. 57.

Ἐπεὶ οὐκέτι τηλίκος ἐστίν, quoniam non amplius ea est ætate, qua nihil animadvertebat. ἤδη μὲν γάρ τοι παῖς τηλίκος, *Od.* Σ. 174.

v. 90.

Ἀμφίπολον δ' ἐνένιπεν, Ancillam autem objurgabat; Penelope. Vide supra ad *v.* 65.

v. 91.

Πάντως — ὅτι με λήθεις, Omnino — video te in omnibus, non quidquam lates me, ich sehe dich gar wohl: inquit Penelope ad ancillam malam. *coll.* 88.

Θαρσαλέη, fiduciæ plena & sine timore. θαρσαλέος, *Od.* P. 449.

Κύον ἀδδεὲς, canis inverecunda. ita *Il.* Θ. 423. Φ. 481.

v. 92.

Ἔρδησα μέγα ἔργον, Faciens tantum facinus, Perpetrans id magnum malum.

Ἀναμάσσω, adlino, προστρίβω, προσκολληθῆναι ποιῶ. ex ἀνα & μασσω, tangendo adlino *vel* adfrico, tergo.

Ὃ σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις, quod capiti tuo allines, ut maculam mortiferam *i. e.* προσκολληθῆναι ποιήσεις, & videtur metaphorica hæc locutio inde deducta, quia gladius abstergi solebat in capite & capillis occisi, ὡς εἰς κεφαλὴν ἐκείνῳ δῆθεν τρεπομένε τῦ κακῦ.] Παντως ἑαυτῇ προστρίψεις, ἢ αναλήψεις. *Schol.* Eodem modo explicat *Eustathius* & Dna *Dacier* Poëta autem (ut opinor) hac phrasi idem simpliciter denotare vult, ac infra X. 217. — σῷ δ αὐτῦ κεφαλῇ τίσεις, *tuo ipsius capite lues.* Occurrit porro eadem phrasis apud *Herodotum*: Τὰ μὲν γὰρ πρότερον ἐγώ τε ἔπρηξα, καὶ ἐμῇ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω. *Lib. I* §. 155. CLARK. Imitatus est hanc formam etiam *Joseph. XVIII*: 6. 10. ὐ κεφαλῇ τῇ σῇ τῦτον ἀναμαξαμενος τον λογον; non tuo capite hunc sermonem luas? ERN.

v. 93.

Πάντα γὰρ εὖ ἤδηεθ', *pro* ἤδηεθα, quod *pro* ᾔδης, Omnia enim probe noras & sciebas.

Ἐπεὶ ἐξ ἐμεῦ ἔκλυες αὐτῆς, quoniam ex me audivisti ipsa.

v. 94

Ὡς τὸν ξεῖνον ἔμελλον — Ἀμφὶ πόσει εἴρεσθαι, Quod hospitem volebam — De marito meo interrogare, & cum eo loqui.

v. 95.

Ἐπεὶ πυκινῶς ἀκάχημαι, quoniam multum & denso *quasi* tristor. ἐγὼ δ' ὀρόων ἀκάχημαι, *Od.* Θ. 314.

Πυκινῶς, continenter & anxie. θαλάμοιο θύρας πυκινῶς ἀραρυίας, januam thalamo sic aptam, ut probe occluderet eum, *Il.* I. 471. τέρποντες πυκινῶς ἀκαχήμενον, oblectantes continenter gementem, anhaltend und ängstlich, *Il* T. 312. αὐτάρ σοι πυκινῶς ὑποθησόμεθ', αἴκε πίθηαι, at tibi prudenter & certa ratione suadebimus, si obsequi volueris, *Il.* Φ. 293. *Od.* A. 279. σανίδας πυκινῶς ἀραρυίας, januas firmiter aptatas, ut claudant introitum, *Il.* Φ. 535. *Od.* B. 344.

v. 96.

v. 96.

Ἦ, Dixit.

Εὐρυνόμη ταμίη, *Od.* Σ. 168.

v. 97.

Φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτῷ, adfer fellam, & vellus fuper ea. κῶας, fupra *v.* 58.

v. 98.

Ὄφρα — εἴπῃ ἔπος, ἠδ' ἐπακούσῃ Ὁ ξεῖνος ἐμέθεν, Ut — dicat verbum, & audiat Hofpes ex me. *i. e.* ut colloquamur invicem. Vid. ad *Od.* P. 584.

v. 99.

Ἐθέλω δέ μιν ἐξερέεσθαι, volo enim eum accurate percontari,

v. 100.

Ἡ δὲ μάλ' ὀτραλέως κατέθηκε — Δίφρον, illa vero valde alacriter pofuit — Sellam. τοὶ δ' ὀτραλέως ἐπίθοντο, obediebant promte, *Il.* Γ. 260.

v. 101.

Δίφρον εὔξεστον, Sellam politam.

Ἐπ' αὐτῷ κῶας ἔβαλλεν, Vide ad *v.* 58. & 97.

v. 103.

Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε, *Od.* P. 184.

v. 104.

Εἰρήσομαι, interrogabo.

v. 105.

Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; *Od.* O. 264.

v. 107.

Ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, Vid. ad *Od.* P. 418.

v. 108.

Οὐκ ἄν τίς σε βροτῶν — Νεικέοι, nemo te hominum — Vituperare poffit, φιλονείκως μέμφοιτο, tadelfüchtig tadeln mag: ἀλλὰ δηλαδὴ ἐν πολλῷ ἐπαίνῳ θείη.

Ἦ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει, certe enim fama de te eft celeberrima. καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει, *Od.* I. 20.

v. 109.

Ὥστε τευ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, Sicut alicujus vel regis eximii.

Θεουδής, *Od.* N. 202.

V. 110.

Ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων, Viros inter multos & fortes regnans.

V. 111.

Εὐδικία, ας, ἡ, obſervantia juris & æqui & moris. εὐδικίας ἀνέχησι, jura æqua ſuſtentat; de bono rege: ſimulque additur, quæ bona hanc rem ſequantur.

Ἀνέχημι, *idem quod* ἀνέχω. εὐδικίας ἀνέχησι, ſuſtinet & ſtare facit bona jura; er unterziehet ſich der Sorge für Gerechtigkeit. Eſt Genitivus nominis: nam ſic conſtrui amat hoc verbum.

Φέρημι, *idem quod* Φέρω. Φέρησι δὲ γαῖα μέλαινα πυροὺς καὶ κριθὰς, fert autem terra nigra frumenta.

V. 112.

Πυροὺς, καὶ κριθὰς, Vid. ad *Od.* I. 110.

Βρίθησι δὲ δένδρεα καρπῷ, gravantur autem arbores fructu, mit Frucht beladen, daß die Zweige biegen. βεβρίθει (ἡ ναῦς) δὲ σάκεσσι καὶ ἔγχεσιν, *Od.* Π. 474.

V. 113.

Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα, Pariunt vero oves & capræ fœtus, qui in ſolo poſſunt ſtare & ſalire.

Θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς, mare porro præbet piſces ex propinquo, ἐγγὺς ἔχει. Cui opp. ἀπέχειν, weg halten, παρεκτὸς ἔχειν, entfernen.

V. 114.

Εὐηγεσία, ας, ἡ, bonum imperium, εὐαρχία. quando bonus princeps præeſt.

Ἐξ εὐηγεσίης, ex qua oriuntur *ante* memorata bona. Niſi potius eſt: per bonum ductum, & capturam facilem, piſcium, durch gute Züge, die die Fiſcher thun. Eſt ab ἡγέω, *fut.* ἡγέσω. unde & ὁ ἡγεμών. pro quo deinde Medium magis in uſu eſſe cœpit, ſicut & *fut.* in ἥσομαι. Alii ſcribunt, εὐεργεσίης, falſo.

Ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ, *i. e.* εὐδαιμονοῦσι, & quavis præſtantia & felicitate fruuntur populi ſub eo. οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα, *Od.* Θ. 329.

V. 115.

Τῷ ἐμὲ νῦν τὰ μὲν ἄλλα μετάλλα, Ideo ex me jam alia quære. ὅτε κέν σε μεταλλῶσιν ποθέοντες, ſupra v. 6.

V. 116.

Μηδ' ἐμὸν ἐξερέεινε γένος —, Nec meum exquire interrogando genus —. τοὶ δ' ἐξερέεινον ἕκαστα, *Od.* P. 70.

V. 117.

Μή μοι μᾶλλον θυμὸν ἐνιπλήσῃς ὀδυνάων, Ne mihi magis animum impleas doloribus.

V. 118.

Μνησαμένῳ, Recordanti.

Μάλα δ' εἰμὶ πολύστονος, valde enim ſum miſer & ærumnoſus. πολύστονα κήδεα, ærumnas funeſtas & multos gemitus exprimentes, *Il.* Α. 445. Ἔρις πολύστονος, diſcordia luctuoſa: bellica nimirum, quæ multos morientes gemere facit, *Il.* Λ. 73.

V. 119.

Οὐδέ τί με χρὴ — γοόωντά τε μυρόμενόν τε ἧσθαι, neque convenit, me — gementemque flentemque Sedere.

V. 120.

Ἐπεὶ κάκιον πενθήμεναι ἄκριτον αἰεί, *Od.* Σ. 173.

V. 121.

Μή τις μοι δμωῶν νεμεσήσεται, Ne aliqua mihi domeſticarum id vitio det.

V. 122.

Δακρυπλώω, lacrimis nato, ich ſchwimme in Thränen. Vides ergo, πλώειν & πλέειν etiam *natare* ſignificare. δακρυπλώειν με, βεβαρηότα φρένας οἴνῳ, *i. e.* δάκρυσι πλήθειν διὰ τὸ ἐξ οἴνου βάρος: quaſi διὰ δακρύων πλώειν, *i. e.* πλέειν με (navigare me) ἔμφορτον ὄντα οἴνου βάρει, vini onere impletus, ὡς εἰ καὶ ναῦς οἰνοφόρος ἢ οἰνοβαρὴς πλώει δι' ὕδατος.

Βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ, pro βεβαρηκότα, præt. partic. Act. & eadem res dicitur καρηβαρεῖν, a τὸ κάρη, caput; & καρηβαρεῖν, & οἰνοβαρεῖν, *i. e.* βεβαρῆσθαι οἴνῳ. οἱ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηότες, venerunt vino graves, *Od.* Γ. 139. Vide KOECHERI *Analecta Philol. & Exeget. in Luc.* XXI: 34. Προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ, καὶ μέθῃ, κ. τ. λ.

V. 124 — 129.

Od. Σ. 250 — 255.

V. 130. 131.

Od. Π. 122. 123.

V. 132.

v. 132.

Ἰθάκην ἐυδείελον, Vid. ad *Od.* Ξ. 344.

Ἰθάκην — ἀμφινέμονται, Ithacam — inhabitant, incolunt. οἳ ταύτην τὴν πόλιν ἀμφενέμοντο, *Il.* Β. 521. ἀθάνατοι Ὄλυμπον ἀμφινέμονται, *Il.* Σ. 186.

v. 133.

Οἵ μ' ἀεκαζομένην μνῶνται, Qui me invitam *vel* contra voluntatem meam ambiunt. καὶ τὰ φέρει ἀεκαζόμενος, *Od.* Σ. 134

Τρύχουσι δὲ οἶκον, *Od.* Π. 125.

v. 134.

Τῷ, Ideo. *plene*: ἐπὶ τούτῳ αἰτίῳ, propter hanc caussam.

Οὔτε ξείνων ἐμπάζομαι, οὔθ' ἱκετάων, neque hospitum curam habeo, neque supplicum. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων, *Od.* Ρ. 488.

v. 135.

Οὔτε τι κηρύκων, οἳ δημιοεργοὶ ἔασιν, Neque præconum, qui publici operarii sunt, die dem Publico dienen. Vid. ad *Od.* Ρ. 383.

v. 136.

Ποθεῦσα, *Jon.* pro ποθοῦσα, desiderans.

Κατατήκω, paullatim liquescere & contabescere & diffluere facio. ex κατὰ & τήκω, liquescere aut contabescere facio. *propr.* de cera aut nive.

Ἀλλ' Ὀδυσῆα ποθεῦσα, φίλον κατατήκομαι ἦτορ, Sed Ulyssem meum desiderans, contabesco quod attinet cor meum.

v. 137.

Οἱ δὲ γάμον σπεύδουσιν, Illi autem nuptias accelerant, cito eas fieri postulant.

Ἐγὼ δὲ δόλους τολυπεύω, inquit Penelope: ego autem occultos dolos fabricor & molior, ut nuptias protelem. ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσε, *Od.* Ξ. 368.

v. 138.

Φᾶρος μέν μοι πρῶτον ἐνέπνευσε φρεσὶ δαίμων — ὑφαίνειν, Vestem quidem mihi primum inspiravit in mentem Deus — texere: er gab mir ein; nam Poëta refert omnia humana ad regimen divinum. Θάρσος ἐνέπνευσεν μέγα Δαίμων, *Od.* Ι. 381.

v. 139.

v. 139.

Στησαμένη μέγαν ἱςὸν, Conſtituenti magnam telam. Vid. ad *Od.* Β. 94. Ὑφαίνειν, *ibid.*

v. 140.

Λεπτὸν καὶ περίμετρον, *ſc.* φᾶρος, Tenuem & amplam veſtem. vel ſubintell. ἱςὸν, Subtilem & juſtæ plenæque menſuræ, ſo groß das Maas davon ſeyn müßte. ita *ibid* 95.

Περίμετρος, ου, ὁ, ἡ, circa aptam habens dimenſionem, juſtæ menſuræ ſuæ incluſus, plenæ menſuræ ſuæ quam oportet eſſe.

v. 142.

Μίμνετ' (*pro* Μίμνετε) ἐπειγόμενοι τὸν ἐμὸν γάμον, Suſtinete vos, exſpectate vos, (habt Gedult, wartet,) qui urgetis has meas nuptias. *ibid.* 97.

v. 143.

Εἰσόκε φᾶρος Ἐκτελέσω, donec velamen Perficiam. *ibid.*

Μή μοι μεταμώλια νήματ' ὄληται, ne mihi pereant fila irrita, fila fruſtra deducta aut ad textrinam applicata. *ib.* 98.

v. 144.

Φᾶρος Λαέρτη ταφήϊον, ein Sterbe-Kleid für den Laertes. *ibid.* 99.

Εἰς ὅτε κέν μιν, *pro*, εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ὅτε κεν αὐτὸν. Quidam υφὲν legunt, εἰσότε.

v. 145.

Εἰς ὅτε κέν μιν Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλησι τανηλεγέος θανάτοιο, quandocunque eum Fatum pernicioſum deprimet & auferet diu cubare facientis mortis. *ibid.* 100.

v. 146.

Μή τίς μοι κατὰ δῆμον Ἀχαιϊάδων νεμεσήσῃ, Ne qua me in populo Achivarum improbet. *ib.* 101.

v. 147.

Αἴ κεν ἄτερ σπείρου κεῖται, Si corpus mortui ſine involucro digno jaceat. Sermo eſt de heroë Laërte, & de veſte, quam Penelope texebat, ut in ea aliquando mortuus ille contegeretur: ut ergo non vile quid, ſed πολυτελὲς ἱμάτιον per hoc generale nomen indicetur. *ibid.* 102.

Πολλὰ κτεατίσσας, *i. e.* κτέατα χών, *ibid.*

v. 141 — 147.

Conf. JOH. NICOLAI *Tract. de Græcorum luctu, &c.* *Cap. VI.* §. 6.

v. 148.

v. 148.

Ibid. 103.

v. 149.

Ἠμαῖιη μὲν ὑφαίνεσκον, interdiu quidem texebam, in opposito ad noctes. *ibid.* 104.

v. 150.

Νύκτας δ' ἀλλύεσκον (*pro* ἀνέλυον,) Per noctes autem resolvi iterum, quod junxi aut contexui. De Penelope retexente noctu telam, quam interdiu texuerat *ibid.* 105.

Ἐπὴν δαΐδας παραθείμην, quando faces adhibueram & apposueram mihi. *ibid.*

v. 151.

Ὣς τρίετες μὲν ἔληθον ἐγὼ, καὶ ἔπειθον Ἀχαιούς, Sic per triennium quidem latebam hac arte mea *vel* cum dolo isto, (ich blieb mit der List verborgen, daß es niemand merkte,) & credere ac quiescere faciebam nobiles istos Achivos. *ibid.* 106.

v. 152.

Ἀλλ' ὅτε τέτρατον ἦλθεν ἔτος, καὶ ἐπήλυθον ὧραι, *sc.* τῦ τελάρτυ ἔτυς, ἢ τῦ δευτέρυ, τῦ εἰς ὑπεῖν μετὰ τὸν τρίτον ἢ τὸν πρῶτον ἀνατέλλοντος: nam præcedens annus περιτέλλεσθαι dicitur, si totus finitur; & tunc ἐπέρχονται in ejus locum novæ ὧραι, & dies & tempora, quorum initium notatur per ἐπήλυθον: als das Jahr um war, und das folgende Jahr nun kame. *ibid.* 107.

v. 153.

Μηνῶν φθινόντων, *Od.* Κ. 470.

Περὶ δ' ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη, Vid. *ibid.*

v. 154.

Διὰ δμωάς, κύνας, ὐκ ἀλεγύσας, loquente Penelope; quæ se proditam ab ancillis suis queritur: per ancillas, mei curam non habentes, me non respectantes. ὐκ ἀλέγω, *Od.* Ρ. 390.

v. 155.

Τότε δή με — Εἷλον ἐπελθόντες, tunc demum me — Deprehenderunt supervenientes, *sc.* proci.

Ὁμοκλήσαντ' (*pro* ὁμοκλήσαντο) ἐπέεσσιν, omnes inclamarunt me & objurgaverunt verbis; sie schryen mich mit Verweis und Drohen an. ὁμοκλήσας σῦεν κύνας, *Od.* Ξ. 35.

v. 156.

v. 156.

Ὡς τὸ μὲν ἐξέτελεσσα, Sic illud quidem elaboravi, pertexui. εἰσόκε Φᾶρος ἐκτελέσω, fupra v. 143.

Καὶ ἐκ ἐθέλεσ' ὑπ' ἀνάγκης, etiam nolens, ex neceſſitate, aus Zwang habe ich es fertig gemacht: & notat τὴν βίαν τῶν μνηςήρων, qui cogebant Penelopen ad abſolvendam telam. *Od.* B. 110.

v. 157.

Οὐκ ἐκφυγέειν δύναμαι γάμον, ich kan meiner Verheurathung nicht entkommen: inquit Penelope triſtis.

v. 158.

Οὔτε τιν' ἄλλην Μῆτιν ἐφευρίσκω, neque ullum aliud Conſilium invenio.

Μάλα δ' ὀτρύνεσι τοκῆες Γήμασθ', *pro* Γήμασθαι, valde autem me hortantur parentes, Ut nubam.

v. 159.

Ἀσχαλάᾳ δὲ παῖς βίοτον κατεδόντων, doletque & indignatur filius rem familiarem comedentibus iſtis. Ἀχαιὲς ἀσχαλάαν (pro ἀσχαλᾶν, diſtracto circumflexo per interſertum α, *Jonice*,) παρὰ νηυσὶ, non miror nec ſuccenſeo, Græcos dolere in caſtris & indignari, *Il.* B. 297. (vide & ad *v.* 293.) οἵ πυ μάλα ἀσχαλόωσι μένοντές με, qui fortaſſe valde dolent & ægre ferunt, quod præſtolantur me, *Od.* A. 304.

Βίοτον κατεδόντων, abſumentibus illis bona ſua. *ſc.* ægre fert filius. & omiſſum eſt αὐτῶν.

v. 160.

Γιγνώσκων, Intelligens jam, Φρονῶν καὶ εἰδὼς, οἷα γίγνεται κακά.

Ἤδη γὰρ ἀνὴρ οἷός τε μάλιςα Οἴκε κήδεσθαι, deeſt ἐςί: jam enim vir talis eſt, qui maxime valeat Domui præeſſe.

v. 161.

Οἴκε κήδεσθαι, ſupra v. 23.

Τῷ τε Ζεὺς κῦδος ὀπάζει, cui Jupiter gloriam adjungit comitem. *i. e.* περιέχει, er laſt Ruhm und Ehr ihn begleiten. cui Jupiter dignationem & eminentiam (Ehre, Rang,) dat.

v. 163.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτε, ἐδ' ἀπὸ πέτρης, hoc *prover-*

proverbium de ἀγενεαλογήτοις, qui majores nullos exhibere poterant, in usu fuit. Notat ergo *h. l.* hominem vilem, sine lare & gente: nam antiquissimi sæpe, si alere se posse infantem desperarent, deponebant eum in cava arbore, quercu, vel petra; & qui ejusmodi infantem educaret inventum, is dicebat, δρῦν ἢ πέτραν fuisse matrem ejus. Unde & fama exierat, Jovem ex arboribus nasci fecisse homines, ut eo citius multiplicarentur. ὐ μέν πως νῦν ἐςὶν ἀπὸ δρυὸς ὐδ' ἀπὸ πέτρης Τῷ ὀαριζέμεναι, *Il.* X. 126 sensus est: Non sane nunc licet (ὐκ ἐςιν) cum eo confabulari amice, & familiariter simpliciterque, ut olim a quercu vel a petra confabulabatur adolescens & puella. Estque id vetustissimum *proverbium* ex eo, quod credebantur antiquitus homines ex quercubus aut petris nati; qui deinde circa ejusmodi loca versantes sincere invicem agebant. Ut ergo παρθένος ἀπὸ δρυὸς καὶ πέτρης, & ἠΐθεος ἀπὸ δρυὸς ἢ πέτρης, cohæreat; & ὐκ ἐςιν Τῷ ὀαριζέμεναι, sic, ἅτε, quemadmodum, olim ejusmodi homines νομάδα βίον ἕλκοντες καὶ ὀρεινομοῦντες, ὀαρίζειν ἀλλήλοις soliti fuere. Vides ergo, creditum fuisse, summam simplicitatem & innocuum vitæ genus inter primores homines actum fuisse.

Ὀυ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτυ, Non enim ex arbore es, de quibus olim narrabatur, quod homines inde nascerentur. Alii scribi jubent παλαιφάγυ, a παλαίφαγος, de quo olim cibus sumtus est. παλαίφατα θέσφατα, *Od.* N. 172.

V. 165.

Γύναι αἰδοίη, *Od.* P. 152.

V. 166.

Ὀυκ ἔτ' ἀπολλήξεις (ob metrum *pro* ἀπολήξεις) τὸν ἐμὸν γόνον ἐξερέυσα; Nondum desines de mea stirpe sciscitans? ἀπολλήξασι δὲ πομπῆς Ἀνθρώπων, *Od.* N. 151.

Τὸν ἐμὸν γόνον ἐξερέυσα, meos natales ex me scire volens, interrogans me de iis. ἐθέλω δέ μιν ἐξερέεσθαι, supra *v.* 99.

V. 167.

Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, *Od.* Σ. 81.

Ἦ μέν

Ἦ μέν μ' ἀχέεσσί γε δώσεις Πλείοσιν, ἢ ἔχομαι, certe quidem me doloribus trades Pluribus, quam jam teneor.

v. 168.

Ἡ γὰρ δίκη, hæc enim eſt conſuetudo. αὕτη τοι δίκη ἐςὶ θεῶν, ſupra *v.* 43.

v. 169.

Ὁππότε πάτρης Ἧς ἀπέῃσιν ἀνὴρ, quando a patria Sua abfuerit quis. *pro* ἀπῇ.

v. 170.

Πολλὰ βροτῶν ἐπὶ ἄστε' ἀλώμενος, *Od.* O. 491.

v. 171.

Od. O. 401.

v. 172.

Μέσσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, *Od.* M. 388.

v. 173.

Καλὴ καὶ πίειρα γαῖα, de Creta. πίειραν ἄρουραν, arvum & ſolum pingue, *Od.* B. 328. δαιτὶ — πιείρῃ, convivio — lauto, *Il.* T. 179. *ſq.* πιείρας πόλεις, *i. e.* πλουσίας, metaphora ſumta a corporibus, *Il.* Σ. 342. ineſt ibi laus victoris; nam πολυχρήμονα πόλιν capere, non eſt μέγα ἔργον: ſimul notatur periculum divitiarum; nam tales urbes oppugnantur cupide.

Περίῤῥυτος, ν, ὁ, ἡ, circumfluus, rund umfloſſen. Eſt commune omnium *inſularum* Epith nam omnes ἀμφίαλοι. Ex περὶ & ῥέω, *idem quod* ῥέω, fluo.

v. 174.

Ἐν δ' ἄνθρωποι Πολλοί, ἀπειρέσιοι, in *ea* autem homines Multi, innumeri. οἰζὺν ἀπειρεσίην, *Od.* Λ. 620] Ἐπήνεγκε τῷ πολλοὶ, τὸ ἀπειρέσιοι, αὐξήσεως ἕνεκεν. *Schol.*

Καὶ ἐννήκοντα πόληες, & nonaginta urbes. Κρήτην ἑκατόμπολιν, *Il.* B. 649. & id Epith. eſt verum. Brevi poſt facta eſt ἐννενηκοντάπολις: nam Λεῦκος ſeditione mota contra regem Idomeneum, decem urbes funditus deleverat. Alii tamen contendunt, Homerum ex ſuo ævo vocare eam ἑκατόμπολιν, quum tempore belli Trojani nonaginta tantummodo habuerit urbes.

v. 175.

Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη, Alia autem aliorum eſt διάλεκτος, alius alia dialecto utitur, in ea regione.

 Maxime

Maxime autem differentia pronuntiationis aut inflexionis vocum & vocabulorum hoc nomine notatur, ex qua re variæ oriuntur γλῶσσαι ejusdem sermonis.

V. 176.

Ἐτεόκρητες, i. e. οἱ ἀληθῶς Κρῆτες, αὐτόχθονες, ἰθαγενεῖς, γνήσιοι τῆς χώρας.

Μεγαλήτορες, nam erant fortes bellatores.

Κύδωνες, ων, οἱ, populus Cretensis. ἡ Κυδωνὶς erat urbs eorum, prope fluvium Ἰάρδανον.

V. 177.

Δωριεῖς, οἱ, (in sing. ὁ Δωριεὺς,) nobilissima gens Græciæ. Habitarunt maxime in Peloponneso, deinde & in sic dicta magna Græcia & in Sicilia: & eorum dialectus latissime sparsa. Habent nomen a Δώρῳ, filio Ξυθοῦ.

Δωριέες τε τριχάϊκες, varie exponitur. Quidam a τρίχα, tripliciter, derivant, cum terminatione paragogica, quia οἱ μὲν τὴν Δωριέων Πελοπόννησον, οἱ δὲ Εὔβοιαν, οἱ δὲ Κρήτην, ᾤκησαν. Alii vero rectius ab ἀΐσσω, & ἡ θρὶξ, τριχὸς, ut sint πολεμικοὶ, ὧν αἱ τῆς περικεφαλαίας τρίχες ἀΐσσουσι, i. e. σείονται κατὰ πόλεμον, in præliis: vel quia ἀεὶ καὶ ἱκόντες πολεμοῦσιν. & hæc interpretatio præstare videtur. Vide *Strabonem*, *Lib. X. p.* 328. *edit. Casaub.* Notum est enim, galeas bellatorum cristis comantibus fuisse ornatas superne; ut ergo hi pili ponantur pro tota galea: & τριχάϊκες idem sint, qui κορυθαΐκες & κορυθαίολοι. Possent tamen, manente hac galeæ notione, intelligi κοῦφοι ὀρχησταὶ, saltatione ἐνόπλῳ Cretica, militari more.

Δῖοί τε Πελασγοὶ, Pelasgi, gens antiquissima Græciæ, crebras colonias emiserant, ipsi quoque sæpe sedibus suis expulsi: hinc late sparsum nomen eorum. Conf. PALM. *Græciæ antiquæ Descript. Lib. I. Cap. IX.*

V. 178.

Κνωσσὸς, οῦ, ἡ, urbs in Creta, sedes regia, valde ampla, sita ad littus boreale insulæ.

Ἔνθα τε Μίνως —, Vid. ad *Od.* P. 523.

V. 179.

Μίνως Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστὴς, adjectivum pertinet ad substantivum, non vero ad verbum: Minos regnabat (in urbe Cretæ Cnosso) novennalis confabulator

lator Jovis magni. Nam iſte Rex per novem annos quotidie adſcenderat in antrum. Jovi ſacrum in Creta, & ibi cum Jove ſe colloqui ſimulabat: deinde retulit inde leges quaſi a Jove acceptas, ut populus religione teneretur. Vide autem diligentiam hujus magni legiſlatoris, qui tantum temporis ſpatium ſibi ſumſit, ad leges ſuas probe expendendas. Eſt ergo, ὃς ἐπὶ ἐννέα ἔτη παρὰ τῷ πατρὶ Διὶ ἐπαιδεύθη. Conf. *Strabo, Lib X.* ἐννέωροι γάρ τοί γε, *Od.* Λ. 310.

Ὀαριστής, ῦ, ὁ, confabulator, converſator, ὁμιλητής, φοιτητής. Notat enim etiam diſcipulum, qui verſatur cum præceptore colloquente ὀαριστὴς Διὸς Μίνως. quod, præter traditionem illam de Minoë, verſante cum Jove, (*Horat. Lib. I. Od.* 28. *v.* 9.) explicari quoque poteſt per βασιλεὺς κατ' ἐξοχήν: nam regia dignitas eſt quaſi commercium cum Jove: unde reges dicuntur διοτρεφεῖς καὶ διογενεῖς. Ab ὀαρίζω, verſor familiariter cum aliquo: colloquor cum aliquo.

Cretæ videbatur antiquiſſimum Jovis oraculum, cujus meminit *Strabo*, & a quo Minos formam legum poſtea a ſe latarum habuiſſe dicitur; hinc *Homerus* de illo ait:

Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής,

Per novem annos regnavit Jovis magni confabulator.

Id eſt, (prout *Plato* apud *Strabonem* interpretatur,) *Deſcendit in ſacrum Jovis antrum*, (iſtud enim oraculum erat ſubterraneum,) *ab eoque accepit illa præcepta, quæ poſt in commune generis humani bonum divulgavit.* Ibi Deorum voluntas per ſomnia declarabatur, hucque ſe conferebant Dii, ac familiariter converſabantur cum iis, qui eos ſciſcitatum venerant; ſicuti diſcimus ex hiſtoria Epimenidis apud *Maximum Tyrium, Diſſert. XXVIII.* qui per multos annos hoc in loco obdormivit; una cum illo deſcendit Pythagoras in illam ſpeluncam, ut Deos conſuleret, teſte *Diogene Laërtio* in *illius Vita.* Ibidem erat templum Jovi conſecratum, a quo in civitatem Cnoſſum ducebat via regia amœniſſima ac jucunda, juxta *Platonem, de Leg. Lib. I.* Exſtabat in monte Ida, & quamvis *Maximus Tyrius loco* mox *adducto* nuncupet Δικταίου Διὸς ἄντρον, tamen *Diſſert. XXII.* tradit, ſitum fuiſſe ſuper

Ida: cui concinit *Diogenes Laërtius*, aliique. Interdum dicebatur Ἀρκέσιον, a voce ἀρκέσαι, quod significat *opem ferre* aut *defendere*; quia Titanis filii, a Saturno devicti, in illud antrum confugerunt, ac furori victoris insectantis se subduxerunt, secundum *Etymolog.* Auctorem. POTT. *Tom. I. p.* 297. Conf. etiam, inter multos alios, BANIERS Götterlehre, *Tom. IV. p.* 391. *sqq.*

v. 180.

Δευκαλίων, ωνος, ὁ, pater Idomenei, regis Cretæ, filius Minois.

v. 182.

Ἐν νήεσσι κορωνίσι, Vid. ad *Il.* A. 170.

Κορωνὶς, ιδος, ἡ, Epith. *navis*, quæ in puppi erat curva, sicut & in prora: nam ἡ κορώνη erat &, curva pars navis. ergo, curvata. Possis & dicere, nigras sic dici naves, quia κορῶναι, ζῶα, sic appellantur nigræ.

Ἴλιον εἴσω Ὤιχεθ', ad Ilium, ejusque regionem Abiit, er ist nach Ilium gereiset.

v. 183.

Ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸν Αἴθων, mihi vero nomen, quo vocor, est Æthon: ὅπερ ἀκούει τὶς ἐξ ἁπάντων, quo omnes eum vocant. ut ergo per se nihil gloriationis insit huic vocabulo κλυτός.

Αἴθων, ονος, ὁ, nomen fictum, quo se Ulysses appellat, quum patriam & parentes fingit personatus.

v. 184.

Ὁπλότερος γενεῇ, Minor natu, der jüngere unter zwey erwachsenen Brüdern. *Il.* B. 707.

Ὁ δ' ἅμα πρότερος καὶ ἀρείων, ille enim prior natu, & præstantior virtute bellica.

v. 185.

Ἔνθ' Ὀδυσῆα ἐγὼν ἰδόμην, Ibi Ulyssem ego vidi.

Καὶ ξείνια δῶκα, & hospitio excepi eum. *coll.* 194. *sqq.*

v. 186.

Καὶ γὰρ τὸν Κρήτηνδε κατήγαγεν ἲς ἀνέμοιο, Etenim eum, *i. e.* navem ejus, versus Cretam dejecerat ventus validus, hatte ihn nach Creta verschlagen.

Ἲς ἀνέμοιο, *Od.* N. 276.

v. 187.

v. 187.

Ἱέμενον Τροίηνδε, Euntem ad Trojam.

Παραπλάγξασα Μαλειῶν, repellens eum a Malea promontorio. παρέπλαγξεν δὲ Κυθήρων, *Od.* I. 81.

Μάλεια, *ibid.* 80.

v. 188.

Στῆσε δ' ἐν Ἀμνισῷ, *sc.* αὐτὸν ὁ ἄνεμος, Sistebatque eum ventus ad eum locum, deferebat eum eo.

Ἀμνισσὸς, (*alii* Ἀμνισὸς,) ὁ, ἡ, regis Minois ἐπίνειον in Creta, ad fluvium τὸν Ἀμνισσόν. Ibi erat & sacellum Ilithyiæ: & apte congruunt nomina. Nam ἀμνισσὸς est *quasi* ἀμενισσὸς. (ab α negat. & μένω,) per Ilithyiam autem infantes ex utero educuntur, inquo diutius manere nequeunt. *Præterea* hæc regio parientibus valde salubris putabatur.

Ὅθι τε σπέος Εἰλειθυίης, ubi specus Lucinæ.

Εἰλείθυια, *Il.* Λ. 270.

v. 189.

Ἐν λιμέσιν χαλεποῖσι, In portubus periculosis.

Μόλις δ' ὑπάλυξεν ἀέλλας, vix enim evasit procellas. χρεῖος ὑπαλύξας, *Od.* Θ. 355.

v. 190.

Ἰδομενῆα μετάλλα, Idomeneum quærebat. ἐμὲ νῦν τὰ μὲν ἄλλα μετάλλα, supra *v.* 115.

Ἄστυδ' ἀνελθὼν, ad urbem ex inferiori loco sursum iens.

v. 191.

Ξεῖνον γάρ μιν ἔφασκε φίλον τ' ἔμεν, αἰδοῖόν τε, Hospitem enim eum dicebat sibi carum esse, & venerabilem.

v. 192.

Τῷ δ' ἤδη δεκάτη ἢ ἑνδεκάτη πέλεν ἠὼς, Ei autem jam decimus vel undecimus erat dies.

v. 193.

Οἰχομένῳ σὺν νηυσὶ κορωνίσιν Ἴλιον εἴσω, Eunti cum navibus curvatis in Iliensem terram. Vide ad *v.* 182.

v. 194.

Τὸν μὲν ἐγὼ πρὸς δώματ' ἄγων εὖ ἐξείνισσα, sic publice excipiebantur honestiores.

v. 195.

Ἐνδυκέως φιλέων, Accurate tractans & procurans eum. Vide ad *Od.* P. 111.

Πολλῶν κατὰ οἶκον ἐόντων. multis in domo ſuppetentibus. Notat πολυκτημοσύνην *in genere*, opes & victum. ἅλις ἔνδον ἐόντων, ex copia domeſtica, *Od.* Ο. 77. & 94.

v. 197.

Δημόθεν ἄλφιτα δῶκα, καὶ — οἶνον ἀγείρων, Ex publica collatione panes dedi, & — vinum colligens. Vides hic colligendi morem antiquiſſimum, ut detur egenis.

Δημόθεν, A populo viritim.

Ἄλφιτα, farinas.

Αἴθοπα οἶνον, *Od.* Β. 57.

v. 198.

Ἱρεύω, *Jon.* idem quod ἱερεύω.

Καὶ βοῦς ἱρεύσασθαι, Et boves mactari.

Ἵνα πλησαίατο (*pro* πλήσαιντο) *i. e.* κορέσαιντο, θυμὸν, ut explerent appetitum.

v. 200.

Εἶλει γὰρ Βορέης ἄνεμος μέγας, Prohibebat enim eos a navigando Boreas, ventus vehemens, qui ne in terra quidem ſinebat ſatis firmiter ſtare quenquam, nedum mari ſe credere. ὅτε Κυκλωψ εἴλει ἐνὶ σπῆϊ, *Od.* Μ. 210.

v. 201.

Οὐδ' ἐπὶ γαίῃ εἴα ἵστασθαι, de vi Boreæ, qui ne in terra quidem ſinebat ſecurum ſtare; nedum in ponto naves.

Εἴα, *Od.* Σ. 345.

Χαλεπὸς δέ τις ὦρσε δαίμων, inimicus enim aliquis eum concitabat Deus: ein ungünſtig Schikſal.

v. 202.

Τῇ τρισκαιδεκάτῃ δ' ἄνεμος πέσε, Decimo tertio autem ventus ceſſavit, ἐπαύσατο.

Τοὶ δ' ἀνάγοντο, illi vero ſolverunt, ſie fuhren ab. & huic ἀνάγεσθαι opp. κατάγεσθαι, ex alto ad terram & in portum accedere, verſus terram curſum dirigere. Vide BOS *Exercit. Philol. ad Act. XXVII.* 2. & 3.

v. 203.

Ἴσκεν, ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα, multa falſa dicens ſimilia ea fingebat veris: er machte in ſeinen Erzehlungen viel erdichtetes ſehr wahrſcheinlich.

Ἴσκεν, *i. e.* ἤισκεν, εἴκαζεν, ἀπεικονίζων πρὸς ἀλήθειαν, ſimilia oſtendebat & exhibebat. & abrumpit Poëta per

πολλὰ,

πολλὰ, multa alia; innuens, ſe multa poſſe addere, quæ mentitus ſit Ulyſſes: ſed nolle jam ulterius progredi. αἴ κέ σε τῷ ἴσκοντες, ſi forte te ei ſimilem intuentes, te credentes quaſi tu ſis ille, *Il.* Λ. 798. φωνὴν (*i. e.* κατὰ φωνὴν) ἴσκουσα ἀλόχοις Ἀργείων, ſimilem ſe faciens, quod vocem attinebat, uxoribus Græcorum, *Od.* Δ. 279.

Ψεύδεα — ἐτύμοισιν ὁμοῖα, ficta — veris ſimilia. Cave ergo, *mendacii* notionem ubique ſub nomine ψεῦδος quæras.

v. 204.

Τῆς δ᾽ ἄρ᾽ ἀκουούσης ῥέε δάκρυα, τήκετο δὲ χρώς, Ei igitur audienti talia fluebant lacrymæ, & madefiebat cutis. τήκετο Ὀδυσσεὺς, *Od.* Θ. 522.

v. 205.

Ὡς δὲ χιὼν κατατήκετ᾽ ἐν — ὄρεσσιν, Sicut autem nix liqueſcit in — montibus, ſchmelzet auf den Gebirgen. φίλον κατατήκομαι ἦτορ, ſupra *v.* 136.] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 346. *ſqq.*

Ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν, in elatis montibus, *i. e.* ἐν κορυφαῖς ὀρέων. Vid. ad *Il.* Ε. 523.

v. 206.

Ἥν τ᾽ Εὖρος κατέτηξεν, Quam Eurus diſſolvere ſolet.

Ἐπὴν Ζέφυρος καταχεύῃ, quando Zephyrus defundat, *ſc.* nivem.

v. 207.

Τηκομένης δ᾽ ἄρα τῆς ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες, Reſoluta autem ea fluvii abundant fluentes: Liqueſcente autem ea flumina intumeſcunt fluentia.

v. 208.

Ὡς τῆς τήκετο καλὰ παρήϊα δακρυχεούσης, Sic hujus madefiebant pulcræ genæ lacrimas fundentis.

Παρήϊα. πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινόν, omnibus gena ſanguine eſt rubra: de lupis, qui cervum diſcerpſerunt, *Il.* Π. 159. παρήϊον ἔμμεναι ἵππων, ut ſit ornatus equorum ad maxillas, *Il.* Δ. 142.

v. 209.

Κλαιούσης ἑὸν ἄνδρα παρήμενον, Plorantis ſuum virum; adſidentem tamen ei & perſonatum. & Poëta inhæret *h. l.* verbo τήκω, ut maxime apto huic rei: atque ex *h. l.* maxime apparet vis hujus verbi.] Hoc ex perſona

Poëtæ

Poëtæ dicitur. Adeſſe enim conjugem ignorabat Penelope. SPOND.

v. 210.

Θυμῷ μὲν γοόωσαν ἑὴν ἐλέαιρε γυναῖκα, In animo quidem lamentantem ſuam miſerabatur uxorem.

v. 211.

Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα (*pro* κέρατα) ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος, Oculi autem velut cornua ſtabant, & ferrum. *i. e.* ſicci, ſine lacrimis.] Mira fuit in Ulyſſe diſſimulandi dexteritas, ut etiam naturales iſtos affectus compeſcere potuerit, qui alioqui vel ab invitis produntur. Eleganter autem ejus oculos *cornui* aut *ferro* comparat propter ſiccitatem. SPOND.

v. 212.

Ἀτρέμας ἐν βλεφάροισιν ἕστασαν ὀφθαλμοί, In ſtatu ſuo ordinario in palpebris manebant oculi, nec ullo adfectu commovebantur aut avertebantur, unverändert, ἠσύχασ. δὴ τότε γ' ἀτρέμας εὗδε, *Od.* N. 92.

Δόλῳ δ' ὅγε δάκρυα κεῦθεν, (*pro* ἔκευθεν,) dolo autem hic lacrimas continebat, ne proſilirent. οὐκέτι κεύθετε θυμῷ βρωτὺν οὐδὲ ποτῆτα, *Od.* Σ. 405.

v. 213.

Ἐπεὶ οὖν τάρφθη (omiſſo augm) — γόοιο, poſtquam ſatiata eſt — luctu. ἐπειδὴ πάντες ἐτέρφθητε φρέν' ἀέθλοις, *Od.* P. 174

Πολυδακρύτοιο γόοιο, pleno lacrimarum luctu. ἀπάνευθε μάχης πολυδακρύτου, *Il.* P. 192. ſeorſum a pugna multum fletum faciente.

v. 214.

Ἐξαῦτις, *Od.* Π. 193.

v. 215.

Νῦν μὲν δή σευ, ξεῖνέ γ', ὀΐω πειρήσεσθαι, Nunc quidem te, o hoſpes, puto experturam & exploraturam eſſe me, dich auf die Probe ſetzen zu können: inquit Penelope.

v. 216.

Εἰ ἐτεὸν δὴ κεῖθι — ξείνισας κ. τ. λ. An re vera ibi — Exceperis hoſpitio &c. εἰ ἐτεόν γε, *Od.* Π. 320.

Σὺν ἀντιθέοις ἑτάροισιν, Vid. ad *Od.* P. 54.

v. 217.

V. 217.

Ξείνισας ἐν μεγάροισιν ἐμὸν πόσιν, Hospitaliter tractasti meum maritum. Vide supra ad *v.* 194.

V. 218.

Εἰπέ μοι] Toties ab aliis peregrinis falsa de Ulysse audiverat Penelope, ut *antea* conquerebatur Eumæus, ut ne nunc etiam temere huic hospiti fidem adhibeat. Itaque petit ab eo, ut indiciis quibusdam significet, se Ulyssem, ut dicebat, in Creta vidisse, quæ ita exponet, ut jam de hujus narrationis veritate amplius Penelope non dubitet. Unde omnia amicitiæ officia *paullo post* ei pollicetur. SPOND.

Ὁπποῖ᾽ ἄσσα (*pro* ἅτινα) — εἵματα, quales vestes, was für Kleider: utrumque *h. l.* est idem. σὺν τεύχεσιν, ὅσσα μοι ἐστίν, *Od.* Λ. 74.

Ὁπποῖ᾽ ἄσσα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο, qualia (was für welche) circa corpus vestimenta indutus erat. Vide ad *Od.* P. 338.

V. 221.

Ἀργαλέον — Εἰπέμεν, difficile valde est — Dicere id.

Τόσσον χρόνον ἀμφὶς ἐόντα, me, qui eram circa eum inde a tam longo tempore, da es so lang her ist, als ich um ihn war. Potest & esse, me absentem ab eo. εἰρήσεται ἀμφὶς ἕκαστα, supra *v.* 46.

V. 223.

Ἐμῆς ἀπελήλυθε πάτρης, a mea discessit patria.

V. 224.

Ἀλλά καὶ ὥς ἐρέω, ὥς μοι ἰνδάλλεται ἦτορ, Sed & sic dicam, sicut mihi videtur cor *pro* κατὰ ἦτορ, wie mein Herz es sich vorstellet. vel, wie es mir vorkommt. ἰνδάλλετο δέ σφισι πᾶσι, similis videbatur illis omnibus, *sc.* quod similis esset Achilli, *Il.* P. 213. ἐμοὶ ἀθανάτοις ἰνδάλλεται εἰσοράασθαι, mihi immortalibus similis putatur adspectu, *Od.* Γ. 246.

V. 225.

Χλαῖναν πορφυρέην οὔλην ἔχε δῖος Ὀδυσσεύς. *h. l.* χλαῖνα principalis, qualem Ulysses gestabat, ad Græcos fœderatos proficiscens cum duodecim navium classe, accurate descri-

deſcribitur. purpurea erat, quia princeps & dux geſtabat: οὔλη vero, *i. e.* nova, non detrita uſu.

Χλαῖναν πορφυρέην, διὰ τὸ βασιλικόν.

Οὔλην. Vid. ad *Od.* P. 89.

V. 226.

Διπλῆν χλαῖναν, Duplicem lænam, *h. l.* ἱμάτιον διπλούμενον (ein Kleid, das, wegen ſeiner Weite, doppelt um den Leib genommen werden kan,) διπλοῦν λέγεται. δίπλοος θώρηξ, *Il.* Δ. 133.

Αὐτάρ οἱ περόνη χρυσοῖο τέτυκτο, & ei (*ſc.* χλαίνῃ) fibula ex auro erat. περόναι, *Od.* Σ. 292.

V. 227.

Αὐλοῖσιν διδύμοισι. αὐλοὶ *h. l.* ſunt ῥαβδοειδεῖς τινες ἀναλήψεις εὐθεῖαι, εἰς ἃς καταχλείονται αἱ περόναι, quas propterea & κληῖδας εὐγνάμπτους alibi vocat. δίδυμοι δὲ οἱ τοιοῦτοι, *i. e.* διπλοῖ, ἢ συμφυεῖς ταῖς περόναις. αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν, ὅμαδόν τ' ἀνθρώπων, tibiarum fiſtularumque ſonum, cantumque confuſum hominum, *Il.* K. 13. ἐγκέφαλος δὲ παρ' αὐλὸν ἀνέδραμεν ἐξ ὠτειλῆς, cerebrum proſiliebat ex vulnere, *Il.* P. 297. ubi παρ' αὐλὸν poſſit eſſe, juxta cavum illud ferramenti in haſta, in quod haſtile inſeritur.

Περόνη αὐλοῖσι διδύμοισι, fibula cum fiſtulis geminis *vel* duplicibus. *i. e.* διπλοῖς. οἱ δ' ἄρ' ἔσαν δίδυμοι, hi autem erant gemini *vel* germani fratres, *Il.* Ψ. 641.

Πάροιθε δὲ δαίδαλον ἦεν, a parte autem anteriori veſtis ea artificioſe picta erat, *vel* artificioſe intexta pictura erat. Ergo in Poëta hæc Syncope in ſolo neutro occurrit. Ceterum a magno illo artifice Dædalo πᾶν τὸ καλὸν ἐκάλουν Δαιδάλου ἔργον. ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα τεύχειν, *Il.* E. 60.

Πάροιθε, *Od.* Σ. 274.

V. 228.

Ἐν προτέροισι πόδεσσι, mit den Vorderfüſſen.

Ποικίλον ἐλλὸν, artificioſe veſti intextum hinnulum. *coll.* 227. δαίδαλον, quod *h. l.* idem eſt ac ποικίλον. ποικίλον πέπλον, *Od.* Σ. 292.

Ἐλλὸς, οῦ, ὁ, eſt νεογνὸς ἔλαφος, ein Hirſchkalb, ein junger Hirſch. & eſt ab ἄλλεσθαι. κύων ἔχε, (*pro* εἶχε) ποικίλον ἐλλόν. *coll.* 230. ubi eundem vocat νεβρὸν, *i. e.* νεωστὶ βορὸν, ἢ βορᾶς ἁπτόμενον νεωστὶ, qui recens ad paſtum procedit.

V. 229.

v. 229.

Ἀσπαίροντα, Palpitantem. Vid. ad *Od.* M. 254 & 255.

Λάω, fruor, vescor. *item* specto attente. *item* volo, proclivis sum in aliquid. Est vox facta ex sono monstrantium aut deprehendentium lætum quid.

Ἀσπαίροντα λάων, κ. τ. λ. Palpitantem & calcitrantem hinnulum vorare instituens canis; & ille vorare incipiebat suffocando hinnulum. & narratur hic imago, acu picta ex auro, in veste Ulyssis: der Hund biß ein jung zappelnd Reh todt, und wollte es fressen. nam præsens & imperfectum sæpe conatum agendi proximum denotant.

Τὸ δὲ θαυμάζεσκον (*Jon.* pro ἐθαύμαζον) ἅπαντες, hoc autem admirabantur omnes

v. 230.

Ὡς οἱ χρύσεοι ὄντες, Quod hi ex auro effecti, canis & hinnulus.

Ὁ μὲν (κύων) λάε νεβρὸν ἀπάγχων, hic quidem (canis) spectabat hinnulum, suffocare conans eum.

Λάε, *pro* ἔλαε, *i. e.* ἀπέλαυε, ἀπολαύειν ἤθελε.

Νεβρός, *Od.* P. 127.

Ἀπάγχω, *idem quod* ἄγχω, præfoco, comprimere fauces alicui volo, ich würge, erdroßle. κύων νεβρὸν ἀπάγχων, canis fauces elidens, & strangulans hinnulum.

v. 231.

Ἐκφυγέειν μεμαώς, cupiens & studens effugere.

Αὐτὰρ ὁ (νεβρὸς) — ἤσπαιρε ποδέσσι, At ille (hinnulus) — palpitabat pedibus.

v. 232.

Ἐνόησα, vidi.

Χιτῶνα — σιγαλόεντα, *coll.* 234 ubi est μαλακὸς καὶ λαμπρὸς ὡς ἥλιος, ubi hæc duo prædicata simul sumta efficiunt τὸ σιγαλόεν, *i. e.* admirabile; quod & diserte additur *v.* 235. Vide etiam ad *Od.* O. 60.

v. 233.

Οἷόν τε (χιτῶνα) κρομύοιο κ. τ. λ. tunicam talem, qualis est cepæ membrana siccæ. & hoc dicit πρὸς τὸ εὔλονον τοῦ χιτῶνος καὶ ἰσχνόν. hinc, non χλωροῦ κρομύου: ejus enim λοπὸς est παχὺς, nec εὐλόνως ἔχει: sed ἰσχαλέου. κρόμυον ποτῷ ὄψον, cepam, potioni aptum ferculum, διὰ τὸ διψητικὸς ποιεῖν

ποιεῖν τὰς προσιεμένας αὐτὸ, καὶ, θερμὰν ὂν, ὀχλεῖν εἰς πολὺ πλεῖον, *Il.* Λ. 629.

Λοπὸς, ῦ, ὁ, cortex. *in specie* tunica circa cæpe. οἷόν τε — ἰσχαλέοιο, quod & dicitur τὸ λέπυρον. a λέπω, decortico, putamen *aut* squamas *aut* crustam *aut* integumentum detraho, ich schäle.

Ἰσχαλέος, έα, έον, siccus, aridus. οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κατὰ ἰσχαλέοιο, similem, velut membranam cepæ siccæ, *pro* λοπὸν ἰσχαλέον, siccam tunicam cepæ: sed Poëtæ sæpe transponunt epitheta. Ceterum huic membranæ comparat tenuem tunicam regiam. ab ἴσχω, teneo, detineo, retineo.

v. 234.

Τὼς μὲν ἔην μαλακός, Tam quidem erat mollis vestis. τώς δέ σε απεχθήρω, ὡς νῦν ἔκπαγλα ἐφίλησα, & tantopere te oderim, quantopere nunc mirum in modum te amice tractavi; inquit Venus ad Helenam; *i. e.* ipsa Helena ad se, *Il.* Γ. 415. Est ortum ex οὕτως, *per Aphæresin.*

Μαλακὸς χιτὼν, *h. l.* non solum mollis, sed & subtili stamine & textura confectus, fein. *coll.* 232. 233. Vide etiam ad *Od.* Λ. 437.

Λαμπρὸς δ' ἦν, ἠέλιος ὥς, candida autem erat, (tunica,) sicut sol.

v. 235.

Ἦ μὲν πολλαί γ' αὐτὸν (χιτῶνα τοῦτον) ἐθηήσαντο γυναῖκες, Profecto multæ fœminæ, utpote rei textoriæ peritæ, cum admiratione & stupore spectabant eam tunicam, tam artificiose textam. θηήσαιο ἰδὼν ταχυτῆτα καὶ ἀλκήν, *Od.* Ρ. 315.

v. 236.

Σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, *Od.* Π. 281.

v. 237.

Οὐκ οἶδ', εἰ τάδε ἕσο περὶ χροῒ οἴκοθ' Ὀδυσσεύς, (Vide supra ad *v.* 218.) Nescio, an tales vestes in domo sua habere solitus sit Ulysses.

v. 240.

Παῦροι γὰρ Ἀχαιῶν ἦσαν ὁμοῖοι, denn wenig Edle waren ihm gleich.

v. 241.

v. 241.

Καί οἱ ἐγὼ χάλκειον ἄορ — δῶκα, Et ei ego ferreum ensem — dedi.

Πολλὸν δὲ βίης ἐπιδευέες ἦσαν, *sc.* τοῦ Ὀδυσσῆος, multum autem robore inferiores erant Ulysse. κτήματα πολλὰ, ἅ τ' ἔλδεται ὅς κ' ἐπιδευής, quæ cupit & cupide sperat quicunque egens, *Il.* E. 481. δαιτὸς μὲν ἐΐσης οὐκ ἐπιδευεῖς, non laboramus defectu convivii, *sc.* ἐσμὲν: wir haben ein ander Anliegen, *Il.* I. 225. ἄλλης μὲν λώβης τε καὶ αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς, non deest vobis omne aliud probrum, *Il.* N. 622. ubi οὐκ ἐπιδευὴς est, πλήρης, oppletus. λέων, δηρὸν ἐπιδευὴς κρειῶν, leo, cui diu defuerunt carnes, *i. e.* μάλα πεινῶν, valde famelicus, *Il.* M. 299. ἵνα μή τι δίκης

ἐπιδευὴς

ἐπιδευὲς ἔχῃς, ne quid mutilum habeas in satisfactione accipienda, *Il.* T. 180. Vid. etiam ad *Od.* Δ. 87.

v. 186.

'Αντίνοος δ' ἔτ' ἐπεῖχε, καὶ Εὐρύμαχος, Antinous autem adhuc abstinebat, & Eurymachus. ἐπίχειν est τὸ, ἐν τῷ τέως ἀργεῖν, καὶ μὴ ἐγχειρεῖν ἔργῳ. τί μοι ὧδ' ἐπέχεις; *Od.* T. 71.

Εὐρύμαχος θεοειδὴς, Vid. ad *Od.* Υ. 363.

v. 187.

'Αρχοὶ μνηστήρων, Principes & duces procorum, Primarii procorum.

'Αρετῇ δ' ἔσαν ἔξοχ' ἄριστοι, nam erant virtute & fortitudine longe præstantissimi, *sc.* inter procos, *Od.* Δ. 629.

v. 188.

Τὼ δ' ἐξ οἴκου ἔβησαν ὁμαρτήσαντες ἅμ' ἄμφω, Ex domo autem iverunt una euntes simul ambo: ἅμα ὁρμήσαντες, ὁμοῦ πορευθέντες ἀλλήλοις, juncti sibi. οὐδέ κεν ἴρηξ κίρκος ὁμαρτήσειεν, *Od.* N. 87.

v. 189.

Βουκόλος, supra *v.* 83.

Συφορβὸς, *Od.* Π. 154.

v. 190.

Μετὰ τοὺς, post illos.

v. 192.

Φθεγξάμενός σφ' — προσηύδα, Locutus ipsos — affabatur, er redete sie an.

Ἐπέεσσι — μειλιχίοισι, *Od* T. 415.

v. 193.

Ἔπος τί κε μυθησαίμην; an verbum aliquod dicere debeo? sollte ich wol was sagen? eloquar?

v. 194.

Ἦ αὐτὸς κεύθω; An ipse reticeam? Oder schweige ich) an sileo?

Φάσθαι δέ με θυμὸς ἀνώγει, at proloqui me animus jubet.

v. 195.

Ποῖοί κ' εἶτ' (*pro* εἴητε) 'Οδυσῆϊ ἀμυνέμεν; Quales tandem essetis, quam fidi & fortes, ad Ulyssem defendendum? wie wolltet ihr euch wol gegen ihn beweisen im helffen?

Εἰ

Ει ποθεν ἔλθοι Ὧδε μάλ' ἐξαπίνης, si alicunde veniret Sic valde inopinato.

V. 196.

Ὧδε μάλ' ἐξαπίνης, Sic prorsus improviso.

Ἐξαπίνης, *Od.* Ξ. 38.

Καί τις Θεὸς αὐτὸν ἐνείκη, & quis Deus eum huc portet, hieher bringet und führet.

V. 197.

Ἦ κεν μνηστήρεσσιν ἀμύνοιτ', (*pro* ἀμύνοιτε,) ἢ Ὀδυσῆϊ; An procos defensuri essetis, an Ulyssem?

V. 198.

Εἴπαθ', (*pro* Εἴπατε,) ὅπως ὑμέας κραδίη θυμός τε κελεύει, Redet, wie es euch ums Herz ist.

V. 199.

Βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ, *Od.* Υ. 235.

V. 200.

Ζεῦ πάτερ, αἲ γὰρ τοῦτο τελευτήσειας ἐέλδωρ, Jupiter pater! utinam hoc desideratum efficias mihi! utinam hoc nostrum desiderium explere velles! τόδε μοι κρήηνατ' ἐέλδωρ, *Od.* Ρ. 242.

V. 201.

Ibid. 243.

V. 202 — 204.

Od. Υ. 237 — 239.

V. 205.

Ἐπειδὴ τῶν γε νόον νημερτέ' (*pro* νημερτέα) ἀνέγνω, postquam horum sententiam animi certissimam agnovit, prorsus cognovit. νημερτέα possit tamen & neutrum plurale esse *adverbialiter*, certissima ratione, certissime. αἶψά κ' ἐγὼ νημερτέα πάντ' ἐνέποιμι, *Od.* Ρ. 561.

V. 206.

Ἐξαῦτις, *Od.* Τ. 214.

V. 207.

Ἔνδον μὲν δὴ ὅδ' αὐτὸς ἐγώ, Domi quidem demum hic ipse sum, factus sum redux domum.

Κακὰ πολλὰ μογήσας, mala multa perpessus.

V. 209.

Γιγνώσκω δ', ὡς σφῶϊν ἐελδομένοισιν ἱκάνω Οἴοισι δμώων, Intelligo autem, quod vobis duobus optatus venio Solis

lis inter servos. παῖς, οἷόν πή τις ἐέλδεται ἔμμεναι υἷα, *Od.* Υ. 35.

V. 211.

Τῶν δ' ἄλλων ἔ τευ ἄκεσα Εὐξαμένε ἐμὲ αὖτις ὑπότροπον οἴκαδ' ἱκέσθαι, aliorum autem nullum audivi Precantem, ut ego retro redirem domum. εἰ νοςήσ' Ὀδυσεὺς, καὶ ὑπότροπος ἵκετο δῶμα, *Od.* Υ. 332.

V. 212.

Od. Π. 226.

V. 213.

Αἴ χ' (*pro* κε) ὑπ' ἐμοί γε Θεὸς δαμάσῃ μνηςῆρας, Si sub me Deus domuerit procos.

Μνηςῆρας ἀγαυὲς, supra υ 174.

V. 214.

Ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχες, Dabo vobis ambobus uxores.

Καὶ κτήματ' ὀπάσσω, atque opes & possessiones dabo.

V. 215.

Οἰκία τ' ἐγγὺς ἐμεῖο τετυγμένα, Domosque prope me firmas & ædificatas bene. νόος ἐν σήθεσσι τετυγμένος, *Od.* Υ. 366.

V. 216.

Καί μοι ἔπειτα Τηλεμάχε ἑτάρω τε κασιγνήτω τε ἔσεσθον, & mihi postea Telemachi sociique fratresque vos duo eritis; inquit Ulysses ad duos servos fideles.

V. 217.

Εἰ δ' ἄγε] Particulæ εἰ hoc in loco vis hujusmodi est: *Sin adhuc dubitatis; Age &c.* Vide & ad *Il.* Ζ. 376. CLARK.

Σῆμα ἀριφραδὲς ἄλλο τι δείξω, Vide ad *Od.* Λ. 125.

V. 218.

Ὄφρα μ' εὖ γνῶτον, Ut me probe agnoscatis ambo.

Πιςωθῆτόν (aor. 1. subj. Pass.) τ' ἐνὶ θυμῷ, & ut fides certa vobis ambobus fiat in animo, ἵνα πίςιν λάβοιτε, ἵνα πιςεύσοιτε. ὅρκῳ πιςωθῆναι, *Od.* Ο. 435.

V. 219. 220.

Od. Τ. 393. 394. & 465. 466.

V. 221.

Ῥάκεα μεγάλης ἀποέργαθεν ἐλῆς, pannos a magna removit cicatrice. αὐτὸν δόλῳ ἀποέργαθε λαῶ, a copiis illis abduxit & distinuit eum, *Il.* Φ. 599.

Vid.

Vid. ad *Od.* Τ. 507.

V. 222.

Τὼ δ' ἐπεὶ εἰσιδέτην, Hi duo servi autem postquam inspexerunt.

Ἐν τ' ἐφράσσαντο ἕκαστα, & probe cognoverunt consideraruntque singula.

V. 223.

Κλαῖον ἄρ, Flebant igitur.

Ἀμφ' Ὀδυσῆα — χεῖρε βαλόντε, Ulyssem — manibus amplexantes ambo.

V. 224.

Καὶ κύνεον ἀγαπαζόμενοι κεφαλήν τε καὶ ὤμους, Vide ad *Od.* Ρ. 35.

V. 225.

Ὡς δ' αὔτως, supra *v.* 203.

Ὀδυσεὺς κεφαλὰς καὶ χεῖρας ἔκυσσε, *h. l.* in tempore necessario, herus fidos sibi servos honestiores tam blande osculatur, contra consuetudinem nobiliorum erga inferiores. Vid. ad *Od.* Τ. 417.

V. 226.

Od. Π. 220.

V. 227.

Ἐρύκακε, φώνησέν τε, inhibuisset eos, (a fletu,) locutusque fuisset.

V. 228.

Παύεσθον κλαυθμοῖο, γόοιό τε, Cohibete ambo vos a fletu, luctuque.

V. 230.

Ἀλλὰ προμνηστῖνοι ἐσέλθετε, Sed alius post alium intrate: explicatio nominis addita a Poëta. αἱ δὲ προμνηστῖναι ἐπήισαν, *Od.* Λ. 232.

V. 231.

Ἀτὰρ τόδε σῆμα τετύχθω, at istud esto compositum: das soll die Abrede seyn. τὰ δὲ ἀθρόα πάντα τετύχθω, hæc omnia congregata sunto, & præparata, *Od.* Β. 356.

V. 232.

Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες,] Exponit his servis Ulysses, quid utrique in illo negotio faciendum sit. Cum ergo prævideret, procos non esse hoc permissuros, ut ipse arcum inten-

intendere niteretur, Eumæo mandat, ut eum ad ſe deferat, & vetet, ne qua ancillarum, excitato foris tumultu, ex ædibus egrediatur, ſed clauſis foribus domi contineatur. Philoetio vero cuſtodiam januæ aulæ committit: prudenter ille ſane & provide. Quo exemplo quivis poteſt intelligere, tutam eſſe expeditionibus viam præſtruendam, ne, ſi temere ad eas proruat, temeritatis meritas luat pœnas. SPOND.

Μνηστῆρες ἀγαυοὶ, ſupra *v.* 213.

v. 233.

Οὐκ ἐάσουσιν ἐμοὶ δόμεναι βιὸν ἠδὲ φαρέτρην, Non permittent mihi dari arcum & pharetram. Vid. ad *v.* 59.

v. 235.

Θέμεναι, εἰπεῖν τε —, da, dicque. infin. pro imperat.

v. 236.

Κληῖσαι μεγάροιο θύρας, Ut claudant domus fores. Vid. ad *Od.* Τ. 30.

Θύρας πυκινῶς ἀραρυίας, januas firmiter aptatas, ut claudant introitum.

v. 237

Ἢν δέ τις ἢ στοναχῆς ἠὲ κτύπου ἔνδον ἀκούσῃ, Si vero aliqua mulierum gemitum vulneratorum aut ſonum percuſſorum cadentiumque alium in domo ſua audiat.

v. 238.

Ἡμετέροισιν ἐν ἕρκεσι, noſtra in aula. *ἕρκος ὀδόντων*, ſupra *v.* 168.

Θύραζε, ſupra *v.* 89.

v. 239.

Μή τι θύραζε προβλωσκειν, ne extra januam ſuam Prodeant. Vid. ad *Od.* Τ. 25.

Ἀλλ' αὐτοῦ ἀκὴν ἔμμεναι παρὰ ἔργῳ, ſed ut ibi cum ſilentio ſint apud opus ſuum, ſtill bey ihrer Arbeit zu ſeyn. *οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ*, *Od.* Υ. 320.

v. 240.

Ἐπιτέλλομαι, mando, jubeo.

v. 241.

Κληῖσαι κληῗδι θύρας αὐλῆς, Claudere peſſulo obdito intus fores aulæ; & additur: *θοῶς δεσμὸν ἐπιῆλαι*, celeriter ligamen ſupermittere, *i. e.* paxillum aliquem ſuper inſigere

infigere ex more, ne fera possit aliqua arte ab iis, qui foris sunt, removeri, aut sursum tolli. nam *δεσμὸς in genere* est omne id, quod alligat aliquid Vid. ad *v.* 236.

Ἐπὶ δεσμὸν ἴηλαι, Vid. ad *Od.* Θ. 443. & 447.

V. 242.

Δόμους ἐυ ναιετάοντας, *Od.* P. 85.

V. 244.

Ἐς δ' — καὶ τὼ δμῶε ἴτην, Ingressi sunt autem — & famuli.

Ἀεχ.] *Ut jusserat Ulysses* —. supra *v.* 230. CLARK.

V. 245.

Τόξον μετὰ χερσὶν ἐνώμα, arcum inter manus versabat & tractabat. κέρδεα νωμῶν, *Od.* Υ. 257.

V. 246.

Θάλπων ἔνθα καὶ ἔνθα σέλα πυρὸς, Calefaciens hinc & hinc ad splendorem ignis. *sc.* inungens eum simul calefacto adipe. Vid. supra ad *v.* 184.

Σέλα πυρὸς, pro σέλαϊ, *per Apocop.* ad luculentum ignem. δαΐδων σέλας, *Od.* Σ. 353.

V. 247.

Ἐντανύσαι, supra *v.* 185.

Μέγα (neutrum adverbialiter) δ' (αὐτὸς) ἔσκε (κατὰ, quod attinet) κυδάλιμον κῆρ. & nominativus personæ expressus est. ita *Il.* K. 16.

Κυδάλιμον κῆρ, de Eurymacho, nobilissimo inter procos: cor nobile & suspiciendum. Vid. ad *Od.* Υ. 418.

V. 248.

Ὀχθήσας, *Od.* O. 324.

V. 249.

Ἦ μοι ἄχος περί τ' αὐτῦ καὶ περὶ πάντων, certe mihi dolor est & de me ipso, & de omnibus nobis.

V. 250.

Οὔτι γάμυ τοσσῦτον ὀδύρομαι, Non propter nuptias tantopere mœreo.

V. 252.

Ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ, videtur de urbe Ithaca sermo esse, ex maxima ejus parte mari cincta. Vid. ad *Od.* A. 386.

V. 253.

Ἐι δὴ τοσσόνδε βίης ἐπιδευέες εἰμὲν Ἀντιθέυ Ὀδυσῆος, si

tantum viribus inferiores ſumus Præ Deo pari Ulyſſe. hic ergo phraſis eſt plena. Vide ſupra ad *v.* 185.

v. 254.

Οὔ᾽ οὐ δυνάμεσθα τανύσσαι Τόξον, ut non poſſimus tendere Arcum.

v. 255.

Ἐλεγχείη δὲ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι, turpitudo ea eſſet etiam poſteris auditu. Vid. ad *Od.* Λ. 76.

Ἐλεγχείη, *Od.* Ξ. 38.

v. 257.

Εὐρύμαχ᾽, οὐχ οὕτως ἔσται,] Sive vere hoc Antinous cogitat, ſive etiam aſtute fingit, conatur dedecus illud Eurymachi tegere, & ſe ipſum honeſte excuſat, quod id non aggrediatur, in quo & ille Leiodes & hic Eurymachus incaſſum deſiderarunt. Si vere autem hoc exiſtimat, ut propter feſtum Apollinis hic labor non ſuccedat, pie & religioſe videtur facere, qui cultui divino, cui etiam deſtinatus erat, hunc diem impendi velit, ſed id inconſulti fuit hominis non prævidiſſe. Sin vero hoc ita finxit, honeſtus ſane fuit prætextus, quo ſuam & ſociorum ἀσθένειαν velaret. Itaque jubet omnia in craſtinum diem deponi; unde dabitur locus Ulyſſi, adhuc hodie ſuas vires experiendi. SPOND.

Νοέεις δὲ καὶ αὐτός, nam tu ipſe id intelligis, du begreiffeſt es von ſelbſt, und ſieheſt es ein.

v. 258.

Νῦν μὲν γὰρ κατὰ δῆμον ἑορτὴ τοῖο Θεοῖο Ἁγνή, articulus demonſtrativus deſignat geſtum tollentis manum verſus Solem. Hoc feſto die, qui poſcit ἀργίαν, immunitatem ab opere faciendo, nolunt diutius proci contendere de arcu; finito eo die, & cras, redituri ſunt ad id conandum. Sed Ulyſſes, opportunitate hujus diei uſus, quo omnes cives in luco operabantur ſacris, aut domi hilariter convenerant, ebrii maximam partem; ipſis etiam procis ebriis, cædem in domo ſua clauſa peragebat, ante quam dies ſequens illuceſceret. Vide ad *Od.* Υ. 156.

v. 259.

Ἁγνὴ ἑορτή, ubi omnes debebant eſſe puri a profana re. Ἄρτεμις ἁγνή, *Od.* Υ. 71.

Τίς

Τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ'; (*pro* τιταίνοιτο;) quis sane arcum tendere velit? τιταινόμενος, *Od* Λ. 598.

'Αλλὰ ἕκηλοι Κάτθετ', (*pro* κατθέτε,) sed otiosi Deponite arcum. ἧσθι ἕκηλος, *Od.* P. 478.

v. 260.

Κάτθετε, *Od.* T. 317.

'Ατὰρ πελέκεάς γε καὶ εἴκ' ἐιῶμεν (*pro* ἐάωμεν) ἅπαντας Ἑστάμεν, at secures etiamsi sinamus omnes Stare, esto *vel* bene erit. Vide supra ad *v.* 120.

v. 259. 260.

Veteres usque adeo a rebus laboriosis abstinebant in Festis, ut Antinous pronunciet, ne arcum quidem tendendum, quia Apollini festus sit dies:

— τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ'; ἀλλὰ ἕκηλοι
Κάτθετ'. — — — — —

'Ως τῆς ἑορτῆς ἀεργίαν ἐθελαστης, *scilicet festivum otium expetentis*, inquit *Eustathius.* Inde illud παροιμιῶδες, dictum proverbiale, *Theocriti in Bucolicis*, seu *Idyll. XV.* 26. 'Αεργοῖς αἰὲν ἑορτά, *Inertibus semper festum.* FEITH. *L. I. C. X.* §. *VIII.*

v. 261.

'Εστάμεν, *Jon.* pro ἑστάναι, Stare.

'Ου μὲν γάρ τιν' ἀναιρήσεσθαι οἴω, non enim aliquem sublaturum esse (werde wegnehmen) hos positos bipennes puto.

v. 263.

'Οινοχόος μὲν ἐπαρξάσθω δεπάεσσιν, *Od.* Σ. 417.

v. 264.

Καταθείομεν, *pro* καταθέωμεν, præs. subj. pro fut. Potest & esse præs. ind. pro fut. a καταθέω.

'Αγκύλα τόξα, curvos arcus, *Il.* E. 209. ἀγκύλον ἅρμα, rotundus currus, saltem ex magna ejus parte, *Il.* Z. 39.

v. 265.

'Ηῶθεν, *Od* T. 320.

Κέλεσθε, jubete.

Μελάνθιον, αἰπόλον αἰγῶν, supra *v.* 175.

v. 266.

Αἶγας ἄγειν, ut capras adducat.

 Αἰ

Αἱ πᾶσι μέγ' ἔξοχοι αἰπολίοισιν, quæ præſtantiſſimæ in omnibus caprarum gregibus. Vid. ad *Od.* Υ. 174.

v. 267.

Ἀπόλλωνι κλυτοτόξῳ, *Od.* Ρ. 494.

v. 268.

Supra *v.* 180.

v. 269.

Τοῖσιν δ' ἐπιήνδανε μῦθος, placebat iis una, & accedebant lubentes ei dicto, ſupra *v.* 143.

v. 270.

Τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν, quod & hodie obtinet, ut in aulis principum magnates præbeant aquam ad manus lavandas principibus viris.

v. 271.

Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο, Juniores autem crateres implebant uſque ad ſummum vino. *Od.* Α. 149.

v. 272.

Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν, Diſtribueruntque igitur omnibus, *ſc.* vinum in poculis. *Od.* Γ. 340.

Ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν, ex poculis ſuis libantes quiſque. *ibid.*

v. 273.

Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σπεῖσάν τ', ἔπιόν θ', ὅσον ἤθελε θυμός, Illi autem poſtquam libaverant, & biberant, pro appetitu quiſque ſuo.

v. 274.

Δολοφρονέων — Ὀδυσσεύς, *Od.* Σ. 51.

v. 275.

Ἀγακλειτῆς βασιλείης, *Od.* Ρ. 468.

v. 277.

Καὶ Ἀντίνοον θεοειδέα] Non ob morum probitatem utrivis tribuitur hoc Epitheton, ſed vel ob Corporis ſpeciem & pulchritudinem, vel ob Fortitudinem, quibus reliquos omnes Procos antecelluiſſe dicuntur. Vide ſupra ad *v.* 187. CLARK.

v. 278.

Καλὰ μοῖραν εἶπε, Vid. ad *Od.* Υ. 37.

v. 279.

Νῦν μὲν παύσαι τόξον, Nunc quidem quieſcere facite arcum.

arcum. *h. l.* manifesto est infin. pro imperat. nam sermo est ad plures. *ἀλλὰ γόον μὲν παῦσαι*, *Od.* Τ. 268. ubi etiam est infin. loco imperat. nisi mavis esse aor. 1. imperat Med.

Ἐπιτρέψαι δὲ θεοῖσιν, & committite rem Diis: de certaminis eventu Diis committendo. Vid. ad *Od.* Τ. 502.

V. 280.

Ἠῶθεν, Cras: supra *v* 265.

Θεὸς δώσει κράτος ᾧ κ' ἐθέλῃσιν, Deus dabit victoriam, cui voluerit.

V. 281.

Τόξον ἐΰξοον, *Od.* Τ. 586.

V. 282.

Χειρῶν καὶ σθένεος πειρήσομαι, Manuum & roboris periculum faciam. Vide supra ad *v.* 268.

V. 283.

Ἶς, Vis, Robur.

Ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν, *Od.* Ν. 398.

V. 284.

Ἦ ἤδη μοι ὄλεσσεν ἄλη τ', ἀκομιστίη τε, *sc.* τὴν ἶνα ἐμήν; An jam mihi exemerit & destruxerit circumvagatio & defectus curationis corporis, *sc.* vires meas:

Ἄλη τ', ἀκομιστίη τε, circumvagatio & defectus bonæ curationis, das umher-ziehen und der Mangel guter Pflege. ἄλη, *Od.* Ο. 344

Ἀκομιστία, ας, ἡ, defectus curationis. nam ὁ, ἡ ἀκόμιστος, non curatus, non bene tractatus & exceptus. Est oppositum τοῦ εὐκόμιστος.

Ὄλεσσεν μοι ἄλη τ', ἀκομιστίη τε, ἶνα, perdidit mihi circumerratio, & defectus tractationis debitæ, vim corporis, der Mangel an guter Pflege.

V. 285.

Οἱ δ' ἄρα πάντες ὑπερφιάλως νεμέσησαν, sie waren sehr übel darauf zu sprechen. *Od.* Ρ. 481.

V. 286.

Δείσαντες, Verentes,] Hoc timebant, quia jam animadverterant in ejus cum Iro pugna, quantarum esset virium. SPOND.

Μὴ τόξον — ἐντανύσειν, ne arcum — tenderet. Vid. ad v. 247.

Τόξον ἐΰξοον, v. 281.

v. 287.

Supra v. 167.

v. 288.

Ἆ δειλὲ ξείνων, h. l. non eſt miſerationis magnæ, ſed increpationis, vox: ὦ δειλαιότατε, o infeliciſſime! ἆ δειλοί, ſupra v. 86.

Ἔνι τοι (pro ἔνεστί σοι) φρένες οὐδ' ἠβαιαί, ineſt tibi bona humana mens ne parva quidem, du haſt gar keinen Verſtand und inneres Gefühl von einer Sach: de Ulyſſe perſonato proci. οὐ οἱ ἔνι τρίχες οὐδ' ἠβαιαί, Od. Σ. 354.

v. 289.

Οὐκ ἀγαπᾷς, Non pro magno id ſuſcipis? dunkt dich das nicht gut genug?

Οὐκ ἀγαπᾷς, ὃθ' ἕκηλος ὑπερφιάλοισι μεθ' ἡμῖν δαίνυσαι; Non jucundum & honorificum tibi videtur, quod tranquillus nobiſcum præpotentibus convivari potes? inquit primarius inter procos, Antinous, qui certe non vituperii aut criminationis cauſa hoc Epitheto de ſe ſuisque ſociis utitur. Nimirum erant hi juvenes ex primaria nobilitate inſularum earum, & eminebant alte ſupra plebem. Vide ergo; Poëta, ſi maledicit, uſus fuit Epitheto, quod ipſe procus de ſe adhibere poteſt, & quod quam maxime eſt ambiguum, ut tam in laude quam vituperio intelligi poſſit, prout ſit mens loquentis; die übermächtigen, coll. 310. ubi iidem vocantur ἄνδρες κυρότεροι, quaſi dicat, juvenes primarii. Vid. ad Od. Υ. 12.

Ἕκηλος, quietus, ſupra v. 259.

v. 290.

Οὐδέ τι δαιτὸς ἀμέρδεαι, neque relinqueris ſine portione tua in cœna, dir wird dein Antheil eſſen und trinken nicht geweigert. h. l. ἀμέρδειν eſt in ſenſu primo, ἀποστερεῖν μερίδος. τά μοι καλὰ οἴκοι ἀκηδέα καπνὸς ἀμέρδει, Od. Υ, 18.

v. 291.

Ῥῆσις, εως, ἡ, locutio, collocutio. a ῥέω, dico.

v. 293.

v. 293.

Οἶνός σε τρώει, Vinum te lædit. ἀλλήλους τρώητε, *Od.* T. 12.

Οἶνος — μελιηδής, *i. e.* γλυκύς, & *quasi* mellitus. *Od.* Σ. 425.

v. 294.

Ὅς καὶ ἄλλους βλάπτει, quod (vinum) etiam alios captat & captivat, impedit a bono.

χανδὸν, *adv.* hiante ore, aperto gutture, pleno rictu. Possit hoc adv. immediate deduci a perf. Med. κέχανδα, verbi χάζω.

Οἶνος βλάπτει, ὅς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, vinum nocet, si quis illud aperto rictu ingurgitat: ex Metaphora δοχεῖα τινὸς διακεχηνότος ἀεὶ πρὸς ὑποδοχὴν ὑγροῦ. est ergo Germanorum lächzend, spack.

Μηδ' αἴσιμα πίνῃ, neque moderate illud bibit. neutr. plur. adverbialiter. δὴ γάρ σφι παρίσαται αἴσιμον ἦμαρ, *Od.* Π. 280.

v. 295.

Κένταυρον ἀγακλυτὸν, in minus laudabili sensu. δικαιότατος Κενταύρων, *Il.* Λ. 831.

Εὐρυτίων, ωνος, ὁ, nobilis Centaurus in Thessalia. Ex μέθῃ turbas excitat in nuptiis Pirithoi, & perit. Et scopus Antinoi in narranda hac historia est hic: Quemadmodum Eurytion excitavit pugnam, sed suo ipsius malo; sic tu fortasse excitabis pugnam inter nos & Telemachi amicos, sed id tibi maxime nocebit, qui quoque in nuptiali tempore molestus es.

v. 296.

Οἶνος καὶ Κένταυρον — Ἄασεν, (*pro* Ἤασεν, aor. 1. ab ἀάτω,) Vinum etiam Centaurum — In fraudem injecit ἆσέ με — οἶνος, *Od.* Λ. 61.

Πειρίθοος, ου, ὁ, & ὁ Πειρίθους, ου, princeps Thessalus, filius Ixionis, ex gente Lapitharum, qui debellavit Centauros: hi enim, in nuptiis Pirithoi cum Ἱπποδαμείᾳ filia Adrasti, turbas concierant, injuriosi in mulieres.

v. 297.

Λαπίθαι, ων, οἱ, gens Thessaliæ nobilis. Auctor gentis ὁ Λαπίθης, ου. Is dicitur filius Ἀπόλλωνος καὶ Στίλβης

 νύμφης,

νύμφης, primus rex ejus gentis. Dicuntur fortissimi hominum, & deleverunt Centauros. De bello eorum cum Centauris narratur *h. l.*

Ἐς Λαπίθας ἐλθόνθ', (*pro* ἐλθόντα,) Ad Lapithas profectum.

Ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ, postquam præcordia & mentem læsit vino, nachdem er sich betrunken. *coll.* 301.

v. 298.

Μαινόμενος κάκ' (*pro* κακὰ) ἔρεξε, Furens male fecit.

v. 299.

Ἥρωας δ' ἄχος εἷλε, Heroas vero dolor cepit, indignabundus & irarum plenus.

Διὲκ προθύρου δὲ θύραζε Ἕλκον, Vid. ad *Od.* Σ. 100.

Θύραζε, supra v. 238.

v. 300.

Ἀναΐξαντες, ruentes. ὀρθὸς ἀναΐξας, supra *v.* 119.

Νηλέϊ χαλκῷ, *Od.* Ξ. 418.

v. 301.

Ἀπαμάω, demeto, colligo ab —. ex ἀπὸ & ἀμάω, *Od.* Ι. 247

Ἀπ' οὔατα — ῥῖνάς τ' ἀμήσαντες, *pro* ἀπαμήσαντες, da sie ihm Ohren und Nase abgeschnitten. *Metaphorice*, ex notione metendi & colligendi frumenta, positum verbum.

Ὁ δὲ, φρεσὶν ᾗσιν ἀασθεὶς, Ἤϊεν ἣν ἄτην ὀχέων ἀεσίφρονι θυμῷ, ille autem, in hanc fraudem & hunc errorem mentis suæ inductus, Abiit suum erroris illius damnum secum asportans, animo insano. Sermo est de Centauro, qui in nuptiis Pirithoi turbas cœperat, & ab Heroibus male mulcatus exactus fuerat e domo ebrius.

Φρεσὶν ἀασθεὶς, fere est quod ὁ μανεὶς, & ἀεσίφρων est, levitate animi utens, leichtsinnig. Vid. ad *v.* 296. & 297.

v. 302.

Ἣν ἄτην ὀχέων, suum errorem mentis portans, ut sessorem & onus: id apte de Centauro dictum: βαστάζων τὴν ἑαυτοῦ βλάβην, ὡς διά τις ἀχθοφορῶν ἱπποκένταυρος. ὃν περ ἐγὼν ὀχέεσκον ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, *Od.* Λ. 618.

Ἣν ἄτην, suam amentiam *vel* dementiam. Vide ad *Od.* Ο. 233.

Ἀεσίφρονι θυμῷ, insano animo. *h. l.* Poëta innuere videtur,

detur, esse ab ἀάζειν compositum nomen, labefacio: ut notet τὸν φρενοβλαβέα καὶ μανέντα. Notat *in genere*, temere agentem & nimis fidentem sibi. ὁ δὲ ἔμπεδος, οὐδ' ἀεσίφρων, *Il.* Υ. 183. scil. ὁ Πρίαμος: οὐκ παρέθηλαι τὰς φρένας ὁμοίως τοῖς νεωτέροις ὁ γέρων, ἀλλὰ βέβαιος ἐστι.

v. 303.

Νεῖκος ἐτύχθη, contentio pugnæ orta & conflata est. μῶλος ἐτύχθη, *Od.* Σ. 232.

v. 304.

Οἱ τ' αὐτῷ (pro Ἑαυτῷ τε) πρώτῳ κακὸν εὕρετο οἰνοβαρείων, Sibique ipsi primo malum invenit & nactus est ebrius: de Centauro ebrio, qui aliis injuriam faciens sibi ipsi malum peperit. κατελέξατο οἰνοβαρείων, *Od.* κ. 555.

v. 295 — 304.

Vide BANIERS Götterlehre, *Tom. IV. p.* 456. *sqq.*

v. 305.

Ὣς καί σοι μέγα πῆμα πιφαύσκομαι, Sic & tibi magnum malum denuntio & minor. ἀλλά τοι ἄλλον φῶτα πιφαύσκομαι, *Od.* O. 517.

v. 306.

Αἴκε τὸ τόξον Ἐντανύσῃς, Vide supra ad *v.* 286.

Ἐπητὺς, ύος, ἡ, facundia, patrocinium in judicio. *deinde in genere*, patrocinium, Fürsprach, Schutz. οὐ γάρ τινος ἐπητύος ἀντιβολήσεις, nullius patrocinium & defensionem nancisceris. Ab ἐπητής, *Od.* Σ. 127.

Οὐ γὰρ τευ ἐπητύος ἀντιβολήσεις, non enim particeps fies, non continget tibi ullius facundia in auxilium tuum, du wirst nicht finden. ὅτε δὴ στυγερὸς γάμος ἀντιβολήσαι. *Od.* Σ. 271.

v. 307.

Ἄφαρ, *Od.* P. 305.

v. 308.

Od. Σ. 115.

v. 309.

Ἔνθεν δ' οὔτι σαώσεαι, inde autem nequaquam salvabis te.

Ἔχετλος Πῖνε, *Od.* Ξ. 167.

v. 310.

Μηδ' ἐρίδαινε μετ' ἀνδράσι κουροτέροισι; nec contende &

P 5 rixare

rixare inter viros juniores. νῦν δὲ περὶ πτωχῷ ἐριδαίνομεν; Od. Σ. 402.

Μετ' ἀνδράσι κυροτέροισι, coll. 289. κυροτέροις μετεῖναι, inter juniores esse, i. e. juvenis esse, Il. Δ. 316.

v. 312. 313.

Od. Υ. 294. 295.

v. 314.

Ἔλπεαι, bildest du dir ein? haltest du?

v. 315.

Ἐπιτανύσῃ, Vide ad v. 306.

Χερσίν τε βίηφί τε ἧφι πιθήσας, manibusque viribusque suis fretus.

v. 316.

Οἴκαδέ μ' ἄξεσθαι, daß er mich werde nach Hause führen, i. e quod ego me traditura sim ei, ut me possit uxorem habere: inquit Penelope de personato & nondum agnito Ulysse.

Καὶ ἑὴν θήσεσθαι ἄκοιτιν, & suam facturum esse conjugem.

v. 317.

Οὐδ' αὐτός πυ τῦτό γ' ἐνὶ στήθεσσιν ἔολπε, coll. 314. er bildet sich das auch wohl selbst nicht einmahl ein. ἐώλπει, supra v. 96.

v. 318.

Θυμὸν ἀχεύων, animo dolens. Vid. ad Od. Π. 139.

v. 319.

Ἐνθάδε δαινύσθω, Hic epuletur.

Ἐπεὶ ὐδὲ μὲν ὐδὲ ἔοικεν, denn es ziemet sich gewüß auch gar nicht. Vid. ad Od. Κ. 551.

v. 322.

Οὔτι σε τόνδ' ἄξεσθαι ὀϊόμεθ', (pro ὀϊόμεθα,) Nequaquam te istum adsumturam esse maritum putamus, vel istum ducturum esse te conjugem suam.

v. 323.

Ἀλλ' αἰσχυνόμενοι φάτιν ἀνδρῶν, ἠδὲ γυναικῶν, Sed pudore affecti quod attinet rumorem hominum, Sed verentes sermonem aliorum, wir schämen uns vor dem Gerede: & ob hanc caussam ἀτέμβομεν τῦτον τὸν ξεῖνον, v. 312. ἐγὼ δ' αἰσχύνομαι ὄμπης, Od. Σ. 12.

φάτις,

Φάτις, *Od.* Z. 29.

v. 324.

Κακώτερος, *h. l.* τῷ δυσγενεῖ simul jungitur in mente proci ὁ ἀσθενέστερος. *Od.* Z. 275.

v. 325.

Ἦ πολὺ χείρονες ἄνδρες ἀμύμονος ἀνδρὸς ἄκοιτιν Μνῶνται, Certe multo imbelliores viri inculpati virtute & viribus viri conjugem Ambiunt.

v. 326.

Μνῶνται, *Od.* T. 133.

Οἵ οὐδέ τι τόξον ἐΰξοον ἐντανύουσιν, Vide supra ad *v.* 286.

v. 327.

Πτωχὸς ἀνὴρ ἀλαλήμενος, mendicus oberrans. Vid. ad *Od.* P. 245.

v. 328.

Ῥηϊδίως, supra *v.* 92.

Ἐτάνυσσε βιὸν, tetendit arcum.

Διίημι, transmitto. διὰ δ' ἧκε σιδήρου, *pro* δίηκε, transjecit sagittam per ferreos annulos.

Σιδήρου, supra *v.* 127.

v. 329.

Ὣς ἐρέουσ', *pro* ἐρέουσι, quod *pro* ἐροῦσι, Sic dicent.

Ἡμῖν δὲ ἐλέγχεα ταῦτα γένοιτο, nobis autem probra ista fierent, das würde uns ein Vorwurf bleiben. *coll.* 255.

v. 331.

Οὔπως ἐστὶν ἐϋκλεῖας (αὐτοὺς) κατὰ δῆμον Ἔμμεναι, non possunt ii bene audire apud populum. οὐ μὰν ἧμιν ἐϋκλεὲς, non certe nobis gloriosum est, non famæ commendat id nos, *Il.* P. 415. ἐπὶ νῆας ἐϋκλεῖας, ad naves celebres fama, *pro* ἐϋκλεεῖας, *Il.* K. 281.

v. 332.

Οἳ δὴ οἶκον ἀτιμάζοντες ἔδουσιν Ἀνδρὸς, qui nullo respectu habito domum comedunt Viri tanti. ὅς σ' ἀτιμάζει, *Od.* T. 167.

v. 333.

Ἀνδρὸς ἀρίστου, Viri præstantissimi. Vid. supra ad *v.* 170.

Τί δ' ἐλέγχεα ταῦτα τίθεσθε; cur tandem ista probri loco ducitis? nam majora probra jam sustinetis. *v* 331. 332. ihr seyt ja schon geschimpfet genug. Ita respondet Penelo-

Penelope procis, ignominiam timentibus perverse. Vel; cur hæc probrosa vobis esse putatis? patratis enim alia magis inhonesta. vis omnis ergo inest τᾶ-ταῦτα, sc. quod hic hospes vult arcum tentare. Vide ad v. 329.] Τελέσι τὰ μεγάλα παροςῶντες ἐλέγχεα, τί δὴ πότε τὰ μικρὰ ὑφορᾶσθε. Eustath. Barnesius autem, versionesque pleræque reddunt: Cur igitur opprobria hæc facitis? ut scil. per ἐλέγχεα intelligantur superba & iniqua Procorum facinora. Quod & simplicius videtur. CLARK.

v. 334.

Εὐπηγὴς, έος, ὁ, ἡ, torosus, bene compactus, stammhaft. Recentiores dicunt εὐπαγής.

Οὗτος δὲ ξεῖνος, μάλα μὲν μέγας, ἠδ' εὐπηγὴς, prius de statura, alterum de habitudine & nervis.

v. 335.

Vid. ad Od. P. 373.

v. 336.

Τόξον ἐΰξοον, supra v. 326.

v. 337.

Od. T. 487.

v. 338.

Εἴ κε μιν ἐντανύσῃ, Vide supra ad v. 326.

Δώῃ δέ οἱ εὖχος Ἀπόλλων, dederitque ei gloriam Apollo.

v. 339.

Vid. ad Od. Θ. 337.

v. 340.

Ὀξὺν ἄκοντα, κυνῶν ἀλκτῆρα καὶ ἀνδρῶν; qualem habebant iter facturi, vel extra domum versantes. Od. Ξ. 531.

v. 341. 342.

Od. Π. 80. 81.

v. 344.

Τόξον μὲν Ἀχαιῶν οὔτις ἐμεῖο Κρείσσων, κ. τ. λ. arcum Achivorum nemo me Majorem habet potestatem ad dandum vel negandum,] Sensus est: quod ad arcum quidem attinet, nemo Græcorum majus jus habet &c. ERN. Car cet arc d' Ulysse lui appartient, il est dans son Palais, & il est le seul qui ait droit d'en disposer. DAC.

v. 345.

Κρείσσων, i. e. ἐγκρατέστερος, ἐξουσίαν ἔχων, niemand sonst als

als ich hat die Macht. οἱ κεν σ᾽ οὗτος νικήσῃ, κρείσσων τε γένηται, *Od.* Σ. 82.

Ὧι κ᾽ ἐθέλω δόμεναί τε, καὶ ἀρνήσασθαι cuicunque volo eum vel dare, vel negare. ἡ δ᾽ οὔτ᾽ ἀρνεῖται συγερὸν γάμον, *Od.* Π. 126.

v. 346.

Οὐδ᾽ ὅσσοι κραναὴν Ἰθάκην καταχοιρανέουσιν, κ. τ. λ. *Od.* Π. 124] Cela comprend tous les Pourfuivants qui étoient des Princes d'Ithaque & de toutes les autres îles voifines du Peloponefe, comme de Cephalenie, de Zacynthe, de Dulichium, &c. DAC.

v. 347.

Οὐδ᾽ ὅσσοι νήσοισι, *sc.* κοιρανέουσι.

Πρὸς Ἤλιδος ἱπποβότοιο. Ἄργος ἀν᾽ ἱππόβοτον, *Od.* O. 274.

v. 348.

Τῶν οὔτις μ᾽ ἀέκοντα βιήσεται, Eorum nemo me invitum coget, wird mirs mit Gewalt wehren können. οἱ κεῖνον βιόωνται, *Od.* Λ. 502.

v. 349.

Καθάπαξ, *adv.* femel, einmahl vor allemahl. *item*, totaliter, ganz und gar. ex κατὰ & ἅπαξ, *Od.* M. 350.

Αἴ κ᾽ ἐθέλοιμι καὶ καθάπαξ ξείνῳ δόμεναι (*pro* δοῦναι) τάδε τόξα φέρεσθαι, fi velim Etiam omnino hofpiti dare hunc arcum, cum rebus ad arcum pertinentibus, auferendum: wenn ich den Bogen mit allem, was dazu gehöret, ganz und gar ihm schenken wollte, mit sich zu nehmen. nedum ut aliquis me impedire poffit, quin ei eum utendum dem. Sic & Germani fuum auf einmahl fæpe ponunt.

Φέρεσθαι, habendum pro proprio.

v. 350 — 353.

Od. A. 356 — 359.

v. 354.

Ἡ μὲν θαμβήσασα, πάλιν οἶκόνδε βεβήκει, *ibid.* 360.] Optime Poëta Procorum cædem jamjam memoraturus, *Penelopen*, quam cædi ifti intereffe minime conveniret, prius amovet. CLARK.

v. 355 — 358.

Ibid. 361 — 364.

v. 359.

Τόξα — καμπύλα, pluralis *Poëtice* pro singulari, *Od.* I. 156.

v. 360.

"Ας] *Ut exspectandum erat.* CLARK.

Μνηστῆρες — πάντες ὁμόκλεον ἐν μεγάροισιν, Proci — omnes simul inclamabant minaciter in triclinio. ὁμοκλήσαντ' ἐπέεσσιν, *Od.* Τ. 155.

v. 361.

Od. Υ. 375.

v. 362.

Πῆ δὴ καμπύλα τόξα φέρεις; Quo tandem curvum arcum fers? Vid. supra ad *v.* 359.

'Αμέγαρτε συβῶτα, *Od.* Ρ. 219.

v. 363.

Πλαγκτὲ, *i e.* Πλαζόμενε την διάνοιαν, ὁ μὴν σταθηρὲ, du irrer Mensch. πέτρας πλαγκτὰς, *Od.* Μ. 61.

Τάχ' ἄν σ' ἐφ' ὕεσσι κύνες ταχέες κατέδονται, (præs. Med. pro fut. 2. Med. κατεδοῦνται,) cito te apud sues canes veloces devorabunt.

v. 364.

Οἶον ἀπ' ἀνθρώπων, Semotum ab hominibus.

Οὓς (κύνας) ἔτρεφες, quos (canes) alebas.

v. 365.

Εἴ κεν 'Απόλλων 'Ημῖν ἱλήκησι, *pro* ἱλήκῃ, si forte Apollo Nobis propitius esse vellet.

v. 366.

Αὐτῷ ἐνὶ χώρῳ, illo ipso in loco.

v. 367.

Οὕνεκα πολλοὶ ὁμόκλεον ἐν μεγάροισι, *coll.* 368. ubi ἀπειλεῖν notat idem, minaciter clamare. Vid. ad *v.* 360.

v. 368.

Τηλέμαχος δ' ἑτέρωθεν ἀπειλήσας ἐγεγώνει, Telemachus autem ab altera parte increpans & minabundus clamabat clara voce. Τηλεμάχῳ ἐγεγώνευν, *Od.* Ρ. 161.

'Ετέρωθεν, *Od.* Π. 43.

'Απειλήσας, *Od.* Υ. 272.

v. 369.

"Αττα, *Od.* Ρ. 599.

Πρόσω

Πρόσω φέρε τόξα, ulterius huc fer arcum. τὴν δὲ πρόσω φέρε κῦμα, *Od.* I. 542.

Τάχ' ουκ εὖ πᾶσι πιθήσεις, mox non bene omnibus obedies. *h. l.* eſt notio intranſitiva; & hæc verba in *proverbium* abiere de eo, qui omnibus obſequi & parere vult: bald wirſt du gar übel allen gehorchen. *Vel*, bald wird es dir übel bekommen, allen zu folgen. χερσίν τε βίηφί τε ἦφι πιθήσας, ſupra *v.* 315.

v. 370.

Καὶ ὁπλότερός περ ἐών, loquitur Telemachus, ſimulans iram, ad Eumæum; & *h. l.* uterque ſignificatus, ætatis & virium, locum habet, ſi confers *v.* 371. βίηφι δὲ φέρτερός εἰμι, nam viribus & potentia præſtantior ſum. ὁπλότεροι γενεῇ, *Od.* Τ. 184

Μή σε — ἀγρονδε δίωμαι, Ne te — in agrum pellam.

v. 371.

Βάλλων χερμαδίοισι, Percutiens ſaxis. Vid. ad *Od.* Κ. 121.

Βίηφι δὲ φέρτερός εἰμι, nam viribus polleo. πολὺ φέρτερόν ἐστι τεθνάμεν, ſupra *v.* 154.

v. 373.

Αἲ γὰρ πάντων τόσσον — Μνηστήρων χερσίν τε βίηφί τε φέρτερος εἴην, Utinam omnibus tanto — Procis viribus præſtantior eſſem: *ſc.* quanto ſum junior omnibus, *v.* 370. & quanto ſum potentior Eumæo. & vis omnis *h. l.* ineſt τῷ, μνηστήρων, in opp. ad Eumæum.

v. 374.

Τῷ κε τάχα στυγερῶς τιν' ἐγὼ πέμψαιμι νέεσθαι Ἡμετέρου ἐξ οἴκου, Tunc ſtatim duriter quemque dimitterem, ut abiret Noſtra e domo: Tunc ſtatim horrende aliquem ejicerem Noſtra ex domo, *i. e.* interficerem omnes. στυγερῶς πολέμου ἀπερωήσειας, male a pugna abiiſſes, *i. e.* cum magno malo hoſtium tuorum, cum magna cæde facta; niſi eſt apoſtrophe ad abſentem hoſtem: tunc tu, Patrocle! cum tuo magno malo abiiſſes e pugna, *i. e.* cecidiſſes, *Il.* Π, 723.

v. 375.

Ἐπεὶ κακὰ μηχανόωνται, *Od.* Ρ. 499.

v. 376.

Οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν Μνηστῆρες, atque id,

id, quia Telemachus non ut servo, sed ut fratri, præcipit; nec non, quia lapidum jactum pueriliter minatur; & quia fatetur, se inferiorem esse procis, iisdemque tamen minatur; fortasse & ob jocosum vultum Telemachi talia dicentis, qui dissimulabat & opportunum tempus captabat. Risus sæpe apud Poëtam est λύσις nodorum valde difficilium: cum lector exspectat intentus, quid jam secuturum sit, sequitur risus. Vid. ad *Od.* Υ. 358.

V. 377.

Καὶ δὴ μεθίεν χαλεποῖο χόλοιο Τηλεμάχῳ, & sane dimittebant gravem iram in Telemachum, sie ließen nach. pro μεθίεσαν, imperf. a μεθίημι, & hæc *Syncope* est *Jonica*.

V. 380.

Od. Τ. 15.

V. 381.

Κέλεταί σε — κληῖσαι μεγάροιο θύρας, jubet te — Occludere domus fores.

V. 382 — 385.

Supra *v.* 236 — 239.

V. 386. 387.

Od. Τ. 29. 30.

V. 388.

Σιγῇ δ' ἐξ οἴκοιο Φιλοίτιος ἆλτο θύραζε, Silens autem ex domo Philoetius exsiliit. ἔχε σιγῇ μῦθον, *Od.* Τ. 502.

Θύραζε, supra *v.* 384.

V. 389.

Κλήϊσσεν, *v.* 387.

Ἀρ] *Uti ei præceperat Ulysses.* Supra *v.* 240. CLARK.

Θύρας ἐυερκέος αὐλῆς, fores bene septæ & munitæ aulæ. ὑπ' αἰθούσῃ ἐυερκέος αὐλῆς, sub porticu aulæ probe munitæ muro, *Il.* Ι. 468.

V. 390.

Ὑπ' αἰθούσῃ, *Od.* Υ. 176. & 189.

Ὅπλον νεός, *i. e.* σχοινίον, ein Tau. sic & *Od.* Ξ. 346. ὅπλῳ ἐϋστρεφεῖ.

Νεὸς ἀμφιελίσσης, *Od.* Μ. 368.

V. 391.

V. 391.

Βύβλινος, η, ον, ex βύβλω factus. ὅπλον νηὸς βύβλινον, funis nauticus ex cortice plantæ, quæ βύβλος vocabatur, contortus Est autem βύβλος, ου, ἡ, φυτόν τι, ex quo fiebant chartæ in Ægypto, etiam funes. hinc & charta pura dicebatur βύβλος: sed si inscripta esset, mutata vocali eadem dicebatur ἡ βίβλος, liber, & τὸ βιβλίον, libellus.

Ὧι ἐ' ἐπέδησε θύρας, quo scilicet illigavit januas.

Ἐς δ' ἤιεν αὐτὸς, & intrabat ipse.

V. 393.

Ὁ δ' ἤδη τόξον ἐνώμα, Πάντη ἀναστρωφῶν, posterius est explicatio prioris, nam νωμᾶν idem est quod ἀναστρωφᾶν: ille autem jam arcum tractabat, ab omni parte versans & contemplans eum. τόξον μετὰ χερσὶν ἐνώμα, supra v. 245.

V. 394.

Πάντη, Od. M. 233.

Ἀναστρωφάω, verso, circumverto undique.

Πάντη ἀναστρωφῶν τὸ τόξον, arcum undique versans. coll. 393. nam est idem quod νωμῶν.

Πειρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα, inquirens & cognoscere studens ex omni parte.

V. 395.

Μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν, Ne vermiculi arrosissent cornua in arcu. coll. 393. ut κέρατα & τόξον notent idem.

Κέρα, Od. T. 211.

Ἶψ, ἰπὸς, ὁ, animalculum, quod cornibus innascitur, eaque infestat, θηρίδιον κέρασιν ἐμφυόμενον, καὶ κατεσθίον αὐτὰ, παραπλήσιον κώνωπι. Est ab ἴπτειν, i. e. φθείρειν, quod verbum tamen & de quovis onere, quo quid premitur, vel quod incidit in aliquem, poni solet: pressen, gepresset werden.

Μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν, Ne forte vermes comederint cornua, i. e. arcum corneum. i. e. οἱ ἐν τοῖς κέρασιν ἶπες, ad differentiam aliorum ἐν φυτοῖς.

Ἀποιχομένοιο ἄνακτος, absente hero. Od. P. 296.

V. 396.

Od. Σ. 399.

v. 397.

Ἦ τις θηητὴρ καὶ ἐπίκλοπος ἔπλετο τόξων ; Certe quidam admirator & fur est arcuum.

Θηητὴρ, ῆρος, ὁ, admirator, spectator. *h. l.* spectationem admirantem cum cupiditate furandi notat.] Θηητὴρ est *spectator* armorum, ut apud *Terentium* spectator formarum, qui de formis eleganter judicare potest. Item *spectatio* numorum, est judicium artificis, utrum probi sint an adulterini. ERN.

Ἐπίκλοπος — τόξων, occultus amator arcuum, qui cupit, si possit, arcum clam subducere. Vid. ad *Od.* N. 291.] Ἐπίκλοπος respondet latino *callidus*. Colum. VII. 3. *callidissimus rerum naturæ*. ERN.

v. 398.

Ἦ ῥά νύ που τοιαῦτα καὶ αὐτῷ οἴκοθι κεῖται, Aut sane alicubi tales (arcus) & ei in domo sua repositi sunt. οἴκοθι, *Od.* T. 237.

v. 399.

Ἦ ὅγ' ἐφορμᾶται ποιησέμεν, Aut ipse propositum sibi habet, facturum se esse arcus tales. ἐφορμηθεῖσα, *Od.* M. 122.

v. 400.

Ὡς ἐνὶ χερσὶ νωμᾷ ἔνθα καὶ ἔνθα, ita in manibus versat arcum huc illuc ad inspiciendum. Vid. supra ad *v.* 393.

Κακῶν ἔμπαιος ἀλήτης, malarum rerum gnarus & studiosus erro, der durchtriebene Schalk. Vid. ad *Od.* Υ. 379.

Ἀλήτης, *ibid.* 377.

v. 401.

Supra *v.* 361.

v. 402.

Τοσσοῦτον ὀνήσιος, tantum commodi.

Ὄνησις, ιος, ἡ, juvamen, fruitio, fructus. αἲ γὰρ δὴ τοσσοῦτον ὀνήσιος ἀντιάσειεν, utinam tantundem fruitionis bonæ consequatur. Ceterum hæc est φήμη τις: nam potuit facile tendere arcum; ergo multum boni consequetur.

Αἲ γὰρ δὴ — ἀντιάσειεν, Ut in tantum commodi aliquid consequatur, & commodo aliquo fruatur! Genitivus

tivus ὀνήσιος pendet a verbo, & τοσῦτον est adverbialiter, pro κατὰ τοσοῦτο, sequente ὡς. ut sic fruatur, sicut —: daß er in so fern etwas gutes vor sich bringen möge, in so fern er das thut. μηδ' ἀντιάσειας ἐκείνῳ, *Od.* Σ. 146.

v. 403.

Ὡς οὗτός ποτε τοῦτο (τόξον) δυνήσεται ἐντανύσασθαι, Sicut iste unquam hunc (arcum) poterit intendere.

v. 405.

Ἐπεὶ μέγα τόξον ἐβάστασε, postquam magnum arcum sustulit, aufgenommen in seine Hände. λᾶαν βαστάζοντα —, *Od.* Λ. 593.

Καὶ ἴδε πάντη, und ihn genau genug besehen. πάντη, supra *v.* 394.

v. 406.

Ὡς ὅτ' ἀνὴρ φόρμιγγος ἐπιστάμενος καὶ ἀοιδῆς, Sicut quando vir citharæ peritus & cantus,] C'est une comparaison merveilleuse, dit fort bien *Eustathe*, & on n'en sauroit trouver une plus propre, plus convenable & qui marque plus de facilité. Et comme elle est empruntée d'un art tout opposé à celui auquel elle est appliquée, elle l'égaye en l'expliquant. DAC. Vid. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 28. & 31.

v. 407.

Ῥηϊδίως, supra *v.* 328.

Ῥηϊδίως ἐτάνυσσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδὴν, Facile extendit novo in clavo *vel* vertebra chordam, spannen kan die Saite auf dem neuen Wirbel an der Laute.

Κόλλοψ, οπος, ὁ., *propr.* corium illud durum circa colla boum, ex quo cocto fit ἡ κόλλα. Κόλλοπες sunt βοῶν νεῦρα, ex quibus ἡ κόλλα coquitur. *Deinde* οἱ κόλλοπες sunt verticilla citharæ, quibus chordæ intenduntur aut remittuntur; sic dicti, quia antiquitus ex ejusmodi duriori corio fiebant. & ejusmodi κόλλοψ a Recentioribus dictus est ὁ κόλλαβος. erat quadrata figura in parte exteriore, ubi digitis tractabatur. ἐτάνυσσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδὴν, tetendit chordam in novo verticillo, auf dem Wirbel.

Χορδὴ, ῆς, ἡ, intestinum, ein Darm. *deinde*, chorda musica, ex intestino sicco & contorto facta, eine

Saite auf einem Tonkünstler-Werkzeug, von Därmen. *coll.* 408 ubi eadem χορδὴ vocatur ἐϋστρεφὲς ἔντερον οἰός, ein wohl gedreheter Schaafs-Darm.

v. 408.

Ἅψας ἀμφοτέρωθεν — ἔντερον οἰός, Jungens utrinque (*i. e.* ad superiorem & inferiorem partem citharæ) — intestinum ovis, *i. e.* chordam.

Ἀμφοτέρωθεν, *Od.* M. 58.

Ἐϋστρεφὲς ἔντερον οἰός, bene tortum intestinum ovis: sic vocat chordam in cithara. ὅπλῳ ἐϋστρεφεῖ, *Od.* Ξ. 346.

Ἔντερον, *Od.* N. 507.

v. 409.

Ὣς ἄρ' ἄτερ σπουδῆς τάνυσε μέγα τόξον Ὀδυσσεύς, Sic sine magno negotio, sine fatigatione (ohne Mühe) tetendit magnum arcum Ulysses. σπουδῇ νῦν ἀνέβαινε, *Od.* O. 209.

v. 410.

Δεξιτερῇ δ' ἄρα χειρὶ λαβὼν πειρήσατο νευρῆς, Dextra autem manu sumens tentavit nervum.

v. 411.

Ἡ δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε, (*pro* ὑπήεισε,) cum nervum arcus tentandi causa attraxisset remisissetque: Et is sonabat acute, (gab einen hellen Klang,) utpote acriter tensus. λίνον δ' ὑπὸ καλὸν (καλῶς) ἄειδε (ἤειδε) λεπταλέῃ φωνῇ, *pro* ὑπήειδε, chorda pulcre succinebat sub tactu digiti, *Il* Σ. 570.

Χελιδών, όνος, ἡ, hirundo: habet nomen a sonora sua loquacitate.

Χελιδόνι εἰκέλη αὐδήν, hirundini similis sono: is sonus chordæ in specie dicitur ὁ ψαλμός, quando tentatur chorda, quid sonet: & quia tunc sæpius chorda eadem pulsatur, idemque sonus redditur; hinc cum hirundinis sono eum comparat, non vero lusciniæ.

v. 412.

Μνηστῆρσιν δ' ἄρ' ἄχος γένετο μέγα, Procis autem inde dolor factus est magnus.

v. 413.

Πᾶσι δ' ἄρα χρὼς ἐτράπετο, de colore maxime sermo esse videtur, sie entfärbeten sich: vel de corpore, sie wurden

wurden unruhig, und machten allerley Bewegungen, ut solet in re adversa. πολὶ δὲ σκότος ἐτράπετ' αἶψα, Od. Τ. 389.

Ζεὺς δὲ μεγάλ' (pro μεγάλα) ἔκτυπε, Jupiter vero valide tonuit. ita Il. Ρ. 595. Ζεὺς σμερδαλέα κτυπέων, i. e. βροντῶν, Il. Η. 479. neutrum adverbialiter, terribiliter. sic, ἔκτυπε ἐξ Ἴδης Ζεύς, Il. Θ. 75.

Σήματα φαίνων, i. e. σημεῖα τοῦ μέλλοντος, er gab durch dies Donnern Anzeichungen.

V. 415.

Ὅττι ῥά οἱ τέρας ἧκε Κρόνου παῖς, (Gavisus est Ulysses,) Quod ei signum faustum per tonitru miserat Jupiter,] Videtur tonitru hoc ideo *portentum* dictum, quod isto præcipue tempore, simul atque *Ulysses* arcum tetendisset, acciderit. CLARK.

Ἀγκυλομήτης, ου, ὁ, complicata & inflexa habens consilia. Est in Poëta Epith. *Saturni.* Vid. etiam ad *Il.* Β. 205.

V. 416.

Εἵλετο δ' ὠκὺν ὀϊστὸν, Sumsit vero velocem sagittam.

Ὅς οἱ παρέκειτο τραπέζῃ, quæ ei ad manus erat jacens in mensa.

V. 417.

Γυμνὸς ὀϊστὸς, Ex pharetra depromta sagitta, ut & nos, ein blosses Schwert, i. e. extra vaginam. sic, γυμνὸν τόξον, Od. Λ. 606.

Τοὶ δ' ἄλλοι κοίλης ἔντοσθε φαρέτρης Κείατο (pro Ἔκειντο,) ceteræ autem cavam intra pharetram Jacebant.

V. 418.

Τῶν τάχ' ἔμελλον Ἀχαιοὶ πειρήσεσθαι, quas mox erant Achivi experturi: quod alibi dicit γεύσεσθαι. (supra v. 98.) Vid. ad v. 410.

V. 419.

Τόν ῥ' (ὀϊστὸν) ἐπὶ πήχει ἑλὼν, κ. τ. λ. Hanc (sagittam) sumens ad curvam mediam & superiorem partem arcus, ubi sinistra manus simul tenet arcum & sagittam: κεκλήσας καὶ θεὶς τὸν ὀϊστὸν ἐπὶ τῷ πήχει τοῦ τόξου, ἤγουν τῷ κέρατι, ἔνθα ἡ τοῦ τόξου λαβή.

Εἷλκεν νευρὴν γλυφίδας τε, nam ſagitta habet infra inciſuram, qua applicatur nervo in arcu; ut ſint *γλυφίδες, τὸ γλύμμα τοῦ ἀτράκτου τὸ ἐντιθέμενον τῇ νευρᾷ : αἱ τοῦ ὀϊςοῦ ἀις ἐνίςαται ἡ νευρή* : & pluralis ponitur, quia duo latera habet hæc inciſura. *ὁμοῦ λαβὼν γλυφίδας τε καὶ νεῦρα*, ſimul apprehendens crenam & nervum, *Il.* Δ. 122.

v. 420.

Αὐτόθεν ἐκ δίφροιο καθήμενος, non ergo exſurgens ad ſagittandum, ſed quaſi negligenter agens. *αὐτόθεν ἐξ ἑδρέων*, *Od.* N. 56.

Ἧκε δ' ὀϊςόν, miſit autem ſagittam ab arcu, er ſchoß den Pfeil ab.

v. 421.

Ἄντα τιτυσκόμενος, Contra ſcopum accurate collineans & tendens. *ἄντα τιτυσκομένη*, ſupra v. 48.

Πελέκεων δ' οὐκ ἤμβροτε πάντων Πρώτης ςειλειῆς, ſecurium vero non aberravit omnium A primo foramine: er verfehlete die vorderſte und erſte öſe nicht von allen gerad hinter einander ſtehenden Beilen. *ἁμαρτεῖν*, ſupra v. 155.

v. 422.

Στειλειὴ, ῆς, ἡ, & *ςειλειά, ᾶς, ἡ*, foramen illud in ſecuri aut bipenni, in quod inſeritur manubrium ligneum: *ὀπὴ πελέκεως, εἰς ἣν ἐνείρεται* (*ἐμβάλλεται*) *ὁ ςελεός*; qui & *τὸ ςελεόν*, & *ὁ ςειλειός* & *τὸ ςειλειόν*, dicitur. Nominis ratio apparet: eſt enim *ἡ ςειλειά*, *δι' ἧς ςέλλεται* (per quam inſeritur apte) *τὸ ξύλον ἢ ἐμβαλλόμενον*. Dicitur & *ἡ ςειλά*.

Διὰ δ' ἀμπερὲς ἦλθε θύραζε Ἰός, per omnia autem foramina tranſiit Sagitta. *διαμπερὲς ἤ σε φυλάσσω*, *Od.* Υ. 47.

Θύραζε, ſupra v. 384.

v. 423.

Ἰὸς χαλκοβαρής, Sagitta præfixa gravi cuſpide, & graviter vulnerante, der von Eiſen ſchwere Pfeil. *Il.* O. 465.

v. 424.

Οὔ σ' ὁ ξεῖνος — ἐλέγχει, Non tibi hoſpes tuus — pudori & dedecori eſt, *i. e.* *οὐκ αἰσχύνει σέ. τῶν μὴ σύγε μῦθον ἐλέγξῃς*, eorum ne tu orationem aſperneris, *Il.* I. 518.

518. inquit legatus suo & collegæ nomine ad Achillem, ad quem a rege missi erant ad precandum ejus auxilium.

v. 425.

Οὐδέ τι τῦ σκοπῦ ἤμβροτον, neque ab isto scopo aberravi. Vid. ad *v.* 421.

v. 426.

Οὐδέ τι τόξον Δὴν ἔκαμον τανύων, neque arcum Diu fatigavi me tendendo: neque arcum Diu laborabam tendens: ich habe es mir nicht lang sauer werden lassen müssen. πρὶν γάρ κάμε χεῖρας ἀνέλκων, supra *v.* 150.

Ἔτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστιν, Vid. ad *Od.* Τ. 493.

v. 427.

Οὐχ ὥς με μνηστῆρες ἀτιμάζοντες ὄνονται, Non, sicut me proci inhonorantes vituperant & incusant, *i. e.* μέμφονται, ἐκφαυλίζουσι, pro inutili & debili habent, nicht, wie sie mich tadeln, und mir vorwerffen, aus Verachtung. σὴν ἀρετὴν βροτὸς ὄυτις ὄνοιτο, *Od* Θ. 239.] Respicit ad locum *Od.* Σ. 355. ubi *Eurymachus Ulyssem*, sub hospitis specie latentem, ob ignaviam vituperat; quod nempe nulli bono operi aptus esset; tantum ventris inferciendi & ingluviei curam haberet. Qualis revera ipse erat, reliquique Socii Nebulones. BARNES.

Ἀτιμάζοντες, supra *v.* 332.

v. 428.

Νῦν δ᾽ ὥρη καὶ δόρπον Ἀχαιοῖσιν τετυκέσθαι, Nunc autem tempus est & cœnam his nobilibus parare: sed talem, qualis prædicta erat *Od.* Υ. 392. 393.] Παρέλκει τὴν διάνοιαν αὐτῶν· τὸ μὲν ἦν δεῖπνον, ἀντὶ τῦ θανάτυ· τὸ δὲ ἑψιάασθαι, (*v.* 429.) ἀντὶ τῦ οἰμώζειν. *Schol.*

v. 429.

Ἐν φάει, Dum lux diurna est, bey Tages-Licht.] Ulysse excite les Poursuivants à penser à souper pendant qu'il est encore jour: car il trouve, qu'il lui sera plus avantageux de les attaquer à table, & il espere qu'il en aura meilleur marché. Il est même necessaire qu'ils soupent en plein jour, ἐν φάει, car, s'ils avoient soupé

aux flambeaux, ils n'auroient eu qu'à les éteindrre; & Ulysse auroit été fort embarrassé. DAC.

Αὐτὰρ ἔπειτα καὶ ἄλλως ἐψιάασθαι Μολπῇ καὶ Φόρμιγγι, sed deinde etiam aliis delectari, Cum cantu & cithara. *h. l.* videtur notare, comessari: nisi quod Symbolice innuitur & Ironice τὸ οἰμώγειν, quod re vera secutum est. ἐψιάασθων, *Od.* P. 530.

v. 430.

Μολπῇ καὶ Φόρμιγγι ἐψιάασθαι, Cantu saltante & cithara ludere. τῇσι — ἤρχετο μολπῆς, *Od.* Z. 101.

Ἀνάθημα, ατος, τὸ, appositum ornamentum, res sacrata in loco sacro apposita. Ponitur plerumque de rebus in æde sacra positis, ornamenti aut voti alicujus causa. *Deinde* & de aliis dicatis rebus. ἀναθήματα δαιτῶν, res conviviis magnificis sacratæ: & *Musica* in se est res sacra, ornamentumque magnum. Vide etiam ad *Od.* A. 152. Ἀνάθεμα & Ἀνάθημα quomodo differant, vide STRODTMANN *Specim. Different. Græcæ Linguæ*, *p.* 7. *sq.*

v. 431.

Ἦ, Dixit.

Ἐπ' ὀφρύσι νεῦσεν, quod signum ex composito erat incipiendæ cædis procorum. *coll. Od.* Π. 283.

Ὁ δ' ἀμφέθετο ξίφος ὀξὺ Τηλέμαχος, subintelligendum est ὤμοις.

v. 433.

Ἀμφὶ δὲ χεῖρα φίλην βάλεν ἔγχεϊ, Capiebat autem manu sua hastam.

v. 434.

Κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ, armatus fulgente ferro. Vid. ad *Il.* Γ. 18. & Δ. 495.

IN

IN X. ODYSSEÆ.

V. 1.

γυμνώθη ῥακέων — Ὀδυσσεύς, er warf die Lumpen weg, nudabat se pannis, *sc.* aliqua ex parte, *coll.* 488. ὄφρα με γυμνωθέντα, κακὸν καὶ ἀνηνορέη θείης, *Od.* K. 341.

Ῥακέων. ῥάκεα, *Od.* Φ. 221.

V. 2.

Ἆλτο δ' ἐπὶ μέγαν οὐδὸν, Insiliit autem in magnum limen: ne quis exire posset, & ut tutus esset a tergo & a lateribus.

Ἔχων βιὸν, habens arcum.

V. 3.

Φαρέτρην ἰῶν ἐμπλείην, pharetram Sagittis plenam. δῶμα — ἐνίπλειον βιότοιο, *Od.* Φ. 78.

Ταχέας δ' ἐκχεύατ' (*pro* ἐκχεύατο, quod *pro* ἐξεχεύατο) ὀϊστοὺς, celeres autem effundebat sagittas, *sc.* ex pharetra.

V. 4.

Αὐτοῦ πρόσθε ποδῶν, ibi ante pedes.

V. 5.

Οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος — ἐκτετέλεσται, Hoc quidem demum certamen — perductum est ad finem suum ex sententia.

Ἄεθλος ἀάατος, Vid. ad *Od.* Φ. 91.

V. 6.

Νῦν αὖτε σκοπὸν ἄλλον — Εἴσομαι, αἴ κε τύχωμι, Nunc rursus scopum alium — Videbo, an attingere possim: festive hîc loquitur Ulysses, petiturus sagittis procos.

Ὃν οὔπω τις βάλεν ἀνὴρ, quem nunquam attigit quis feriendo, nach welchem Ziel noch niemand geschossen hat.

V. 7.

Εἴσομαι, Videbo, *Od.* T. 501.

Αἴ κε τύχωμι, an attingere possim, an ferire possim scopum.

Πόρῃ δέ μοι εὖχος Ἀπόλλων, donetque mihi votum meum & gloriam Apollo! de Ulysse, jaculaturo contra procos. Vid. ad *Od.* Φ. 338.

V. 8.

Ἦ, Dixit.

Ἐπ' Ἀντινόῳ ἰθύνετο (*Attice* pro ἴθυνε) ὀϊστὸν, contra Antinoum recta misit sagittam. ἐπὶ στάθμην ἴθυνεν, *Od.* Φ. 121.] Hic Antinous ei maxime fuerat injurius, & primus omnium ei insultaverat, ut vidimus supra *Lib XVIII.* Itaque recte de eo etiam primo vindictam sumit. SPOND.

Πικρὸς οἰστὸς, *i. e.* ὁ πικροποιὸς καὶ θανάσιμος, sagitta amara, dolores & mortem secum adferens. ita *Il.* Δ. 118.

V. 9.

Ἄλεισον, *coll.* 17. δέπας. Vid. ad *Od.* O. 468.

Ἄλεισον ἀναιρήσεσθαι ἔμελλε, poculum volebat tollere, **aufheben**, ut biberet. οὐ μὲν γάρ τιν' ἀναιρήσεσθαι οἴω, *Od.* Φ. 261.

V. 10.

Ἀμφωτος, ου, ὁ, ἡ, utrinque auribus *vel* ansis præditus. ἄλεισον ἀμφωτον. ex ἀμφὶ, & οὖς, ωτὸς, τὸ, auris.

Καὶ δὴ μετὰ χερσὶν ἐνώμα, ὄφρα πίοι οἴνοιο, & jam manibus tractabat & movebat, (poculum,) Ut biberet de vino. Vide ad *Od.* Φ. 400.

V. 11.

Φόνος δέ οἱ οὐκ ἐνὶ θυμῷ μέμβλετο, cædes enim ei nullam sollicitudinem animi faciebat.

V. 12.

Μέμβλετο, *pro* ἐμεμέλητο, Curæ erat, *i. e.* διὰ μελήσεως ἦν. ita *Il.* Φ. 516. μέμβλεται, *Il.* T. 343.

Τίς κ' οἴοιτο; quis tandem putaret?

Μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσι, inter convivas. πλεῖον δαιτυμόνων μέγαρον, *Od.* P. 605.

V. 13.

Μοῦνον ἐνὶ πλεόνεσσι, Solum inter plures.

Καὶ εἰ μάλα καρτερὸς εἴη, etiamsi valde fortis esset.

V. 14.

Οἱ τεύξειν θάνατόν τε κακὸν, καὶ κῆρα μέλαιναν, Ei structurum mortem malam, & fatum nigrum.

V. 15.

Λαιμὸς, *Il.* N. 388.

Τὸν δ' Ὀδυσεὺς κατὰ λαιμὸν ἐπισχόμενος βάλεν ἰῷ, Hunc Ulysses in gutture percussit *vel* feriit sagitta, collineans in eum, κατασοχασάμενος, **dahin zielend und richtend**, *sc.* contra Antinoum. Apud Recentiores ἐπέχειν τινὰ λαιμῷ

esset,

esset, tenere aliquem gutture, einen bey der Gurgel fassen und fest halten. ἐπέχε οἶνον ἐρυθρὸν, *Od.* Π. 444.

V. 16.

Ἀντικρὺ — ἤλυθ' ἀκωκή, Vid. ad *Od.* Τ. 453.

Ἁπαλοῖο δι' αὐχένος, teneram per cervicem. ἁπαλὰς χεῖρας, *Od.* Φ. 151.

V. 17.

Ἐκλίνθη δ' ἑτέρωσε, Inclinabat se *vel* Inclinabatur autem in latus, er fiel auf die eine Seite, moribundus, cum antea rectus sederat. ἂψ δ' ἑτέρωσ' ἐκλίθη, *Od.* Τ. 470.

Δέπας δέ οἱ ἔκπεσε χειρὸς βλημένε, & poculum ei excidit e manu Percusso.

V. 18.

Βλημένε, *pro* βλημένῳ αὐτῷ Vid. ad *Od.* Ρ. 490.] Ita vulgati: itaque in Exemplaribus accuratioribus legi testatur *Eustathius*. Ac hujusmodi quidem constructio Poëtæ non inusitata. Vide supra ad *Od.* Ζ. 155. & Ι. 256. In nonnullis autem Exemplaribus legitur, notante ibidem *Eustathio*, βλημένῳ. CLARK.

Αὐτίκα δ' αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας παχὺς ἦλθεν Ἅιματος, statim vero fistula per nares crassa ivit Sanguinis: es fuhr ein langer Strom Bluts heraus; omne ergo, per aliquod cavum in longitudinem exsiliens, dicitur quoque αὐλός. αὐλοῖσιν διδύμοισι, *Od.* Τ. 227.

V. 19.

Αὐλὸς — Ἅιματος ἀνδρομέοιο, canalis — Sanguinis virilis, ein langer Schuß — des Bluts des Manns. ψωμοὶ ἀνδρόμεοι, *Od.* Ι. 374.

Θοῶς δ' ἀπὸ εἷο τράπεζαν Ὦσε ποδὶ πλήξας, cito autem a se mensam Protrusit & perculit pede percellens eam.

V. 20.

Ποδὶ πλήξας, mit dem Fuß strampfend, ut solent moribundi ex vulnere, *i. e.* σφαδάζων.

Εἴδατα, *Od.* Ρ. 95.

Ἀποχέω, & χέω, dejicio, decidere facio. ἀπὸ δ' εἴδατα χεῦεν ἔραζε, & cibos dejecit in terram de mensa. *pro* ἀπέχευεν. Possit tamen & simplex esse, ἔχευε, & ad ἀπὸ subintelligi ex præcedente, τράπεζης.

Ἔραζε, *Od.* Ο. 526.

V. 21.

V. 21.

Φορύω, & Φορύνω, inquino, ich besudle. obvolvo, ich überdeke.

Σῖτός τε, κρέα τ' ὀπτά, φορύνετο, Panisque, carnesque assatæ inquinabantur & oblinebantur pulvere, in pavimentum prolapsæ; ἐμολύνετο.

Κρέα - ὀπτά. κρέας ὀπτὸν, *Od.* Π. 443.

Τοὶ δ' ὁμάδησαν Μνηστῆρες κατὰ δῶμα, *Od.* Σ. 398.

V. 22.

Ὅπως ἴδον ἄνδρα πεσόντα, ut viderunt virum lapsum.

V. 23.

Ἐκ δὲ θρόνων ἀνόρουσαν, Ex sedilibus autem exsilierunt.

Ὀρινθέντες κατὰ δῶμα, commoti terrore subito, & perturbati currentes per conclave magnum, im Saal.

V. 24.

Πάντοσε, *Od.* P. 366.

Παντοσε παπταίνοντες — ποτὶ τοίχους, Undique circumspicientes — ad parietes. πεπλήγασαι δὲ χῆνας - νόησα, *Od.* T. 552.

Ἐϋδμήτους ποτὶ τοίχους. ἔϋδμητον - τοῖχον, *Od.* Y. 302.

V. 25.

Ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσι, siquidem illi potentissimi sunt. Φέρτεροι, Od. Φ. 371. & 373.

v. 290.

Τῦτό τοι ἀντὶ ποδὸς ξεινήϊον, hæc verba abiere in proverbium, ἐπὶ τῶν ἀντὶ κακῦ ἀπολαβόντων κακὸν, de iis, qui pro dato malo malum accipiunt: nam h. l. hasta erat pro osse illo, coll. Od. Υ. 292. sqq. τόδε τοι ξεινήϊον ἔςαι, Od. Ι. 370.

v. 291.

Ὀδυσῆϊ, δόμον κάτ' ἀλητεύοντι, Ulyssi, per domum mendicanti, sub persona nimirum. ἀλητεύειν ἀπίπαυσας, Od. Σ. 113.

v. 292.

Ἦ, Dixit.

Βοῶν ἑλίκων, Vid. ad Od. Μ. 355.

Βοῶν — ἐπιβυκόλος, supra v. 285.

v. 293.

Οὖτα, Vulneravit.

Δαμαςορίδην] Agelaum. Vide v. 241. CLARK.

Αὐτοσχεδὸν, Il. Η. 273.

v. 295.

Μέσον κενεῶνα, medium ventrem. deest ἐις. βέβληαι κενεῶνα διαμπερὲς, transfixus es per ventrem, *Il.* E. 284.

Κενεὼν, ῶνος, ὁ, pars tota illa inferior corporis humani, quæ caret ossibus, & est *quasi* inanitas, der hole Unterleib, ἡ λαπάρη. Dicitur παρὰ τὸ κενὸς εἶναι ὀστέων.

Διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν, penitusque ferrum adegit ei in corpus.

Διὰ πρὸ, per & ante, gerade durch, *Il.* E. 281.

v. 296.

Ἤριπε δὲ πρηνὴς, Procidit autem in terram pronus.

Χθόνα δ' ἤλασε παντὶ μετώπῳ, supra v 94.

v. 297.

Φθισίμβροτος, ου, homines perdens & destruens. Epith. *pugnæ bellicæ*, *Il.* N. 339.

Αἰγὶς h. l. notat πτοίαν καὶ πτυρμὸν, terrorem divinitus incussum.

Ἀθηναίη — αἰγίδ' ἀνέσχεν, Minerva — clypeum sursum levavit.

v. 298.

Ὑψόθεν, *Od.* T. 104.

Ὀροφὴ, ῆς, ἡ, contectio conclavis aut thalami aut ædis, die Decke oben im Zimmer. ὑψόθεν ἐξ ὀροφῆς, superne ex laqueari. *coll.* 239. 240. & notatur in specie locus ille laquearis, ubi erat impluvium, per quod evadebat fumus ex triclinio aut conclavi. Est cameratio, das Gewölbe.

Πτοέω, & *Jon.* πτοιέω, conterreo, percello, consterno; facio *quasi* concidere: vehementer moveo aliquem, ich mache scheu, seze in heftige Bewegung, schreke.

Τῶν δὲ φρένες ἐπτοίηθεν, *Jon.* pro ἐπτοιήθησαν, da wurde ihr Herz heftig bewegt und erschrekt.

v. 299.

Οἱ δ' ἐφέβοντο κατὰ μέγαρον, Ipsi vero fugiebant per conclave magnum ab una ejus parte in aliam, sie liefen im Saal furchtsam herum aus einem Winkel in den andern.

Βόες ὡς ἀγελαῖαι, boves tanquam gregales. *sc* fugitabant perterriti. βοῦν ἀγελαίην, *Od.* Υ. 251.] Priori hac simili-

similitudine Poëta *Procorum* solummodo dissipationem trepidationemque confusam; posteriori *Ulyssis* Sociorumque vires superiores victoriamque facilem depingit. CLARK. Pour exprimer la terreur des Poursuivants, *Homere* se sert de deux comparaisons; par celle des taureaux piquez par les taons, il marque seulement leur agitation & leur fuite, & par celle des oiseaux, il marque leur foiblesse & leur timidité. D'un autre côté par celles des taons il marque la fureur & l'acharnement d'Ulysse & de ses compagnons, & par celle des éperviers, leur courage & leur superiorité. C'est pour faire sentir la justesse des idées. Le Poëte par cette belle Poësie égaye & délasse bien son Lecteur attristé & fatigué du recit historique de ce grand combat. DAC.

v. 300.

Αἰόλος οἶστρος, celer oestrus, die schnelle Bremse. τεύχεα αἰόλα, arma agilia, quæ in præliis varie circumaguntur & convertuntur, *Il.* E. 295. σάκος αἰόλον, *Il.* H. 222. πόδας αἰόλος ἵππος, flexipes equus, celer & agilis pedibus, *Il.* T. 404. αἰόλαι εὐλαὶ, vermes varie se moventes & flectentes, Maden, die sich mannigfaltig krümmen, *Il.* X. 509. σφῆκες μέσον αἰόλοι ἠδὲ μέλισσαι, vespæ & apes in medio flexiles: quia in medio sectæ quasi sunt, (unde & insecta dicta,) & ibi alas habent. *Il.* M. 167.

Οἶστρος, ου, ὁ, œstrus, asilus, tabanus. Est *propr.* animal ex genere muscarum, majus musca, quod circumvolans involat boves aut equos, eosque cogit infixo aculeo vesanos currere. Vocatur αἰόλος, διὰ τὸ ποικίλον τῆς χροίας αὐτοῦ, καὶ διὰ τὸ εὐκίνητον: *vel* &c, quia τοῦ αἰόλλεσθαι, *i. e.* κινεῖσθαι ταχέως, αἴτιός ἐστιν τοῖς βουσίν, weil er das Vieh umherlauffen machet, oder, weil er bunt von Farbe ist.

Ἐφορμηθεὶς, irruens, adortus. ἐφορμηθεῖσα, *Od.* M. 122. (ubi pro *adortus* lege *adorta*)

Τὰς μέν τ' αἰόλος οἶστρος ἐφορμηθεὶς ἐδόνησεν, Quas quidem celer oestrus ingruens agitare solet. ἄνεμος ζαὴς, νέφεα δονήσας, nubes agitans ventus, vehementer flans, *Il.* M. 157. δένδρον πνοιαὶ δονέουσιν, venti motant & curvant arborem teneram, *Il.* P. 55.

v. 301.

v. 301.

Od. Σ. 366.

v. 302.

'Οι δ', ὥς' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, Vid. ad *Od.* Π. 217.] Quoniam Poëta dicit infra *v.* 306. χαίρουσι δέ τ' ἀνέρες ἄγρῃ, ideo Dna *Dacier* vultures hosce sive accipitres ab ipsis hominibus ad aves minores captandas consulto emissos intelligit, Poëtamque hic aucupium istius temporis depingere existimat. Rationibus tamen, ut opinor, haud satis idoneis. Neque isti interpretationi satis apte congruit istud, Ἐξ ὀρέων ἐλθόντες, *v.* 303. CLARK. Vid. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 99. Ἀιγυπιοὶ — ἀγκυλοχεῖλαι, μέγας αἰετὸς ἀγκυλοχείλης, *Od.* Τ. 538.

v. 303.

Ἐξ ὀρέων ἐλθόντες ἐπ' ὀρνίθεσσι θορῶσι, Ex montibus venientes in aves irruunt, *vel* impetum dare solent.

v. 304.

Πεδίον *h. l.* liber campus a silvis & ædificiis, liber aër.

Ταὶ μέν τ' ἐν πεδίῳ νέφεα πτώσσουσαι ἵενται, Hæ quidem in agro versus nubes timidæ volant, ad nubes perterritæ vadunt.] Parum eleganter vertitur locus: *nubes timentes volitant.* Immo: *nubes fuga* seu *metu petunt.* ERN.

Πτώσσουσι ὄρνιθες, exterritæ fugientes aves. πτώσσειν κατὰ δῆμον βύλεαι, *Od.* Σ. 362.

v. 305.

'Οι δέ τε τὰς ὀλέκουσιν ἐπάλμενοι, Illi autem eas perdunt *vel* interficiunt irruentes. *coll.* 303. ἐπάλμενος ἔγχει, *Od.* Ξ. 220.

Ὀυδέ τις ἀλκὴ γίγνεται, ὐδὲ φυγὴ, nec aliqua defensio & prohibitio mali Locum habet, nec fuga: neque ulla fortitudo Existit illis, neque effugium; de aviculis, exagitatis ab accipitribus.

v. 306.

Χαίρουσι δέ τ' ἀνέρες ἄγρῃ, gaudent autem viri illi præda capta. ἄγρην ἐφέπεσκον, *Od.* Μ. 330.] Viri intelligendi pastores vel rustici spectantes illam quasi venationem & capturam delectantur hoc spectaculo. ERN.

v. 307.

v. 307.

Ἐπεσσύμενοι, invadentes violenter.

v. 308.

Τύπτον (pro Ἔτυπτον) ἐπιστροφάδην μνηστῆρας, Cædebant procos quaquaversum, *vel* conversi celeriter in omnes partes. κτεῖνε δ' ἐπιστροφάδην, er schlug um sich herum auf allen Seiten todt, *Il.* K. 483.

Τῶν δὲ στόνος ὤρνυτ' ἀεικὴς, illorum autem gemitus excitabatur atrox *vel* miser. sic *ibid.*

v. 309.

Κράτων τυπτομένων, Capitibus, *i. e.* singulis continua serie, percussis.

Δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν, *Od.* Λ. 419.

v. 310.

Λειώδης δ' Ὀδυσῆος ἐπεσσύμενος λάβε γούνων, Leiodes autem Ulyssis celeriter accedens tetigit genua.

v. 311.

Λισσόμενος, precans.

v. 312.

Γουνοῦμαί σ', Genibus tuis advolutus oro te. *coll.* 311. γουνούμην, *Od.* Λ. 29.

Σὺ δέ μ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον, tu vero me respice, & mei miserere. ita *Il.* Φ. 74. ubi hostis supplex, quem Achilles jam olim ceperat, aluerat, & dimiserat, loquitur, cum iterum in manus Achillis pugnans incideret. & ex *h. l.* maxime vis verbi αἴδομαι apparet. rogat, ut Achilles dubitare velit ei nocere, quia aliquando domesticus ei vel quasi fuerit, & quia nunc supplex oret.

v. 314.

Οὐ γάρ πω τινά φημὶ γυναικῶν — Εἰπεῖν, οὐδέ τι ῥέξαι, ἀτάσθαλον, Nunquam enim cuiquam puto mulierum — Dixisse me, nec fecisse quid, improbe. ἀτάσθαλα, supra *v.* 47.

v. 315.

Παύεσκον (*Jon.* pro Ἔπαυον) μνηστῆρας ἄλλους, Quiescere faciebam procos alios, ich hieß die andern still sitzen und ablassen vom unrecht thun.

v. 316.

v. 316.

Ἀλλά μοι οὐ πείθοντο, Sed mihi non parebant, verbis meis nihil movebantur, sie ließen sich von mir nicht sagen.

Κακῶν ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι, ut a facinoribus manus abstinerent.

v. 317.

Τῷ καὶ ἀτασθαλίῃσιν ἀεικέα πότμον ἐπέσπον, Igitur etiam improbitate duram mortem consecuti sunt. ἀτασθαλίαι δέ οἱ οἴῳ Ἐχθραὶ ἔσαν, *Od.* Φ. 146.

Ἀεικέα πότμον, *Od.* Τ. 550.

Πότμον ἐπέσπον, *Od.* Λ. 388.

v. 318.

Αὐτὰρ ἐγὼ μετὰ τοῖσι θυοσκόος — Κείσομαι, At ego inter hos vates — Jacebo mortuus.

Θυοσκόοι, *Od.* Φ. 145.

Οὐδὲν ἐοργώς, der ich nichts gethan. ἐόργει, *Od.* Ξ. 289.

v. 319.

Ὡς οὐκ ἔστι χάρις μετόπισθ' εὐεργέων, ita non est gratia consequens bene factarum rerum, *i. e.* beneficiorum, *vel potius*, eorum, qui bene fecerunt. sic & *Od.* Δ. 695. nam οἱ εὐεργέτες sunt, bene factores.

v. 320.

Ὑπόδρα ἰδών, supra *v.* 60.

v. 321.

Θυοσκόος εὔχεαι εἶναι, vates profiteris esse.

v. 322.

Πολλάκι που μέλλεις ἀρήμεναι ἐν μεγάροισι, Sæpe sine dubio optasti & precatus es (so wirst du wohl oft gewünscht haben) in domo. ἀρήμεναι est *vel* præs. infin. ab ἄρημι, pro ἀρᾶναι, *terminatione Attica*, & mutato α in η. *vel* est aor. 1. infin. ab ἀράομαι, fut. ἀρήσω, aor. 1. ἤρησα, infin. ἀρῆναι, & *Attice*, ἀρήμεναι: quod posterius verius.] Verte: *Sæpe utique solebas vota facere & preces* &c. ERN.

v. 323.

Τηλοῦ ἐμοὶ νόστοιο τέλος γλυκεροῖο γενέσθαι, Procul ut a me esset plenus reditus dulcis domum, Procul ut fiat a me consummatio reditionis suavis.

v. 324.

Σπέομαι, *idem quod* ἕσπομαι, comitor, adhæreo, adſum.

Σοὶ δ' ἄλοχόν τε φίλην σπέσθαι, Tibi autem uxoremque meam adhærere & incolumem adeſſe. aor. 2. infinit. Med. σπεῖο μοι, ὡς ὅτε πατρὶ ἅμ' ἕσπεο Τυδεΐ δίῳ ἐς Θήβας, comitare me & adeſto mihi, ſicut patri meo adfuiſti, eumque comitata es contra Thebas. σπεῖο eſt *Poët.* & *Jon.* pro σπέο, & id pro σπέσο, aor. 2. imperat. Med. qui *Attice* contraheretur in σποῦ, *Il.* K. 285.

Καὶ τέκνα τεκέσθαι, & liberos parere.

v. 325.

Τῷ οὐκ ἂν θάνατόν γε — προφύγοισθα, Ideo non ſane mortem — effugere poſſis. ſyllaba θα eſt paragogica. προφυγὼν — πότμον, *Od.* Λ. 106.

Θάνατον — δυσηλεγέα, *i. e.* τὸν δυσκοίμητον. mortem — male cubare facientem. δυσηλεγέος πολέμοιο, quod non gratas dat cubationes, in pulvere & inter alios occiſos, *Il.* Υ. 154.

v. 326.

Χειρὶ παχείῃ, *Od.* Φ. 6.

v. 327.

Ξίφος, — ὅ ῥ' Ἀγέλαος ἀποπροέηκε χαμᾶζε, enſem, — quem ſcilicet Agelaus abjecerat in terram, hatte fallen laſſen. ἰὸν ἀποπροΐεις, ſupra *v.* 82.

Χαμᾶζε, *ibid.* 84.

v. 328.

Κτεινόμενος, Quum interficeretur.

Τῷ τόνγε κατ' αὐχένα μέσσον ἔλασσε, quo (gladio) hunc ad cervicem mediam percuſſit.

v. 329.

Φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦ γε κάρη κονίῃσιν (*pro* κονίαις) ἐμίχθη, Loquentis autem ejus caput pulveri immixtum eſt, *vel* in pulveres injectum eſt, cum ab Ulyſſe ei amputaretur. der Kopf ward ihm vor die Füſſe gelegt. ita *Il.* K. 457.

v. 330.

Τέρπιος, ου, ὁ, nobilis Ithacenſis, cujus filius erat ὁ Φήμιος, ἀοιδός: & apte hinc dicitur is Τερπιάδης; nam ipſe Phemius erat τερπίθυμος.

Ἀλύσκαστε

'Αλύσκασε κῆρα μέλαιναν, er suchte zu entgehen dem Tod, ἐξέκλινεν. ὕβριν ἀλυσκάζων ἀνδρῶν, *Od.* P. 581.

v. 331.

Vid. ad *Od.* A. 154. 'Ανάγκη, *Od.* P. 441.

v. 332.

Φόρμιγγα λιγεῖαν, *Od.* Θ. 67.

v. 333.

'Ορσοθύρη, supra *v.* 126.

Δίχα δὲ φρεσὶ μερμήριζεν, Vid. ad *Od.* Π. 73.

v. 334.

"Η ἐκδὺς μεγάροιο —, Utrum exiens & emergens ex domo —. sed vid. *Od.* Ξ. 460.

v. 335.

'Ερκεῖος, εία, εῖον, ad septum vel murum pertinens.

Διὸς μεγάλε ποτὶ βωμὸν Ἑρκείε, quæ ara erat in aula sub dio: nam Jupiter ὁ ἔφορος τῦ ἕρκες, *i. e.* τῦ περὶ τὴν αὐλὴν τειχίε.

Etiam *in privatis ædibus* exstructa erant *altaria*, quibus victimas mactabant. Quo in genere potissimum celebrata ara Διὸς Ἑρκείε, *Jovis Hercei*, de qua h. l. *Eustathius* ait, extitisse extra αὐλὴν, *sub dio*. *Pollux* in medio domus; cui concinit *Virgilius*, Æneid. II. 512.

Sedibus in mediis, nudoque sub ætheris axe
Ingens ara fuit. — — — —

Ad quam Hecuba cum natis confugerat; & ipse Priamus tandem occisus. Quod *Euripides Troadibus* ait factum ad aram Jovis Hercei *Athenæus* etiam *Lib. V.* dicit, αὐλὴν *vocari Homero locum subdivalem, ubi ara Jovis Hercei.* FEITH. *Lib. I. C. IX.* §. *VIII.* Vid. etiam *Lib. I. C. II.* §. *III.*

"Ιζοιτο, sederet.

Βωμὸν — τετυγμένον, aram — bene structam. οἰκία — τετυγμένα, *Od.* Φ. 215.

v. 336.

Βοῶν ἐπὶ μηρί' ἔκαιον, *pro* ἐπέκαιον, boum femora supra comburebant. Vid. ad *Od.* P. 241.

v. 337.

Προσαΐσσω, advolo, accurro.

"Η γύνων λίσσοιτο προσαΐξας Ὀδυσῆα, casus additi non ad

participium pertinent; An ad genua precaretur accurrens Ulyssem. *coll.* 339.

v. 338.

Od. Σ. 92.

v. 339.

Γούνων ἅψασθαι — Ὀδυσῆος, Genua contingere — Ulyssis, ἁψαμένη δὲ γονείων, *Od.* Τ. 473.

v. 340.

Φόρμιγγα γλαφυρὴν, Vid. ad *Od.* Ρ. 262.
Κατέθηκε, deposuit.
Χαμᾶζε, supra *v.* 327.

v. 341.

Μεσσηγὺς κρητῆρος ἰδὲ θρόνου, In medio crateris & solii. Vid. ad *Od.* Θ. 527.
Θρόνου ἀργυροήλου, *Od.* Κ. 366.

v. 342.

Προσαΐξας λάβε γούνων, Vid. supra ad *v.* 337.

v. 344.

Supra *v.* 312.

v. 345.

Αὐτῷ τοι μετόπισθ' ἄχος ἔσσεται, Ipsi tibi in posterum dolor erit.

v. 346.

Εἴ κεν ἀοιδὸν πέφνῃς, ὅστε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀείδω, si cantorem interfeceris, qui Diis & hominibus cano.

v. 347.

Αὐτοδίδακτος, ου, ὁ, ἡ, qui ipse a se doctus & institutus est in arte aliqua. Per se id non admodum est laudabile, si quis ipse se docere vult: est quoque res valde ardua, si recte procedere debet. sed *h. l.* αὐτοδίδακτος δ' εἰμί· θεὸς δέ μοι — ἐνέφυσεν, inquit cantor & poëta præstans; Deus mihi in animo cantus omnigenos ingeneravit; id additur, ut a probro liberetur hoc de se effatum.

Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας παντοίας ἐνέφυσεν, nam Deus mihi in animum cantiones & enarrationes poëticas varias insevit: ideoque sum αὐτοδίδακτος, *i. e.* non ab aliis didici cantiones & edidici, sed ipse eas compono. nam

alii

alii sunt, qui canunt, quæ alii composuere, carmina; alii vero, qui ipsi sunt Poëtæ. οἴμας Μοῦσ' ἐδίδαξε, *Od*. Θ. 481.

v. 348.

Παντοίας οἴμας, Varios cantus. παντοίην ἀρετήν, *Od*. Σ. 204.

Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυσεν, Deus enim mihi in mente cantiones Omnis generis ingenuit *h. l.* character boni Poëtæ, qui nascitur], non fit. ἡ τις δὲ, ὡς ἥψατο γούνων, ὣς ἔχετο ἐμπεφυυῖα, illa vero, sicut apprehenderat genua ejus, sic hærebat quasi adnata esset illis genibus, *Il*. A. 513. τρίχες κρανίῳ ἐμπεφύασι, capilli cranio adnati sunt & hærent, *Il*. Θ. 84.

Παραείδω, cano apud —.

Ἔοικα δέ τοι παραείδειν, Ὥστε θεῷ, videor autem apud te canere, Tanquam apud Deum; solitus autem sum tibi accinere, Ut Deo, σχεδὸν ὡς θεῷ, prope ut Deo: & κολακεύει in tempore necessario sapienter & modeste.] Vitam sibi ideo (ut opinor) conservandam monet hic *Phemius*, quod idoneus sit, qui *Ulyssi*, tanquam Deo, accinat. CLARK.

v. 349.

Τῷ μή με λιλαίεο δειροτομῆσαι, ideo ne me præopta occidere, ne cupidus sis interficiendi mei. φρασθεὶ τάχιστα λιλαίεο, *Od*. A. 222.

Δειροτομῆσαι. σὺ δὲ ἄμφω δειροτομήσεις, tu ambos interficies, *Il*. Φ. 89.

v. 350.

Ἔιποι, diceret.

v. 351.

Οὔτι ἑκὼν —, οὐδὲ χατίζων, nequaquam spontaneus, — neque egens aliqua re: quasi cupidus cibi aut mercedis, sum enim, si non πλούσιος, certe ἀνενδεής: nec sum δημιοεργὸς ἢ μισθούμενος. χατίζων, supra *v*. 50.

v. 352.

Πωλεύμην (*pro* Ἐπωλεύμην) ἐς σὸν δόμον, Frequens versabar in tua domo. Vid. ad Θd. P. 534.

Μνηστῆρσιν ἀεισόμενος μετὰ δαῖτας, procis cantaturus inter epulas.

v. 353.

Ἀλλὰ πολὺ πλέονες καὶ κρείσσονες ἦγον ἀνάγκῃ, Sed multo plures & validiores duxerunt me coactum huc: coegerunt me ire huc. κρείσσων, fupra v. 167.

Ἀνάγκῃ, v. 331.

v. 354.

Ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, *Od.* Φ. 130.

v. 356.

Ἴσχεο, Abftine, halt in. *Od.* Λ. 250.

Μηδέ τι τοῦτον ἀναίτιον οὔτα χαλκῷ, neque hunc innocentem vulnera & interfice ære.

Ἀναίτιον, innoxium, *Od.* Υ. 135.

v. 357.

Σαώσομεν, fervabimus.

v. 358.

Ὅς τε μευ αἰεὶ — κηδέσκετο (*Jon.* pro ἐκήδετο) παιδὸς ἐόντος, qui mei femper — curam habebat, & me accurate tuebatur, cum effem puer. οἴκω κήδεσθαι, *Od.* Τ. 161.

v. 360.

Ἤ σοι ἀντεβόλησεν ὀρινομένῳ κατὰ δῶμα, Aut in te incidit (ift auf dich geftoffen) furentem per conclave hoc magnum. ὁ γάρ τευ ἐπηλύος ἀντιβολήσεις, *Od.* Φ. 306.

Ὀρινομένῳ, i. e. κινουμένῳ μετὰ θυμοῦ, irate vadentem, & undique perturbationes portantem.

v. 361.

Μέδων, πεπνυμένα εἰδώς, *Od.* Δ. 696.

v. 362.

Πεπτηὼς γὰρ ἔκειτο ὑπὸ θρόνον, Contractus enim præ metu jacebat fub fella. *i. e.* διὰ δειλίαν συνεσταλμένος. ὑπὸ τεύχεσι πεπτηῶτες, *Od.* Ξ. 474.

v. 363.

Ἀμφὶ δὲ δέρμα ἕστο (*pro* Ἀμφιέστο) βοὸς νεόδαρτον, indutus erat quafi veftem, recens mactati bovis corium. plusq. perf. Paff. v. ἀμφιέω.

Νεόδαρτον — δέρμα βοὸς, recens detractum — corium bovis: ut videretur effe, jacens fub fellis, nil aliud nifi corium bubulum abjectum ibi. *coll.* 364. Vid. ad *Od.* Δ. 437.

Ἀλύσκων κῆρα μέλαιναν, Vid. fupra ad v. 66.

v. 364.

v. 364.

Ἀπὸ θρόνου ὦρτο, a ſolio ſurrexit.

Θοῶς δ' ἀπέδυνε βοείην, & celeriter exuit & depoſuit a ſe bovinum corium, quo ſe ante contexerat.

Βοείην, *ſc.* δορὰν, *coll.* 362. *ſq.* τάμνων δέρμα βόειον, *Od.* Ξ. 24.

v. 365.

Προσαΐξας λάβε γούνων, ſupra *v.* 342.

v. 367.

Σὺ δ' ἴσχεο, tu vero abſtine, ſchone du. Vide ſupra ad *v.* 356.

v. 368.

Περισθενέω, ſum validior & potentior, ſupero viribus, ich überwältige, bin ſehr ſtark. *item* nimium viribus utor vel fido, ich bin der ſtärkere. nam περὶ notat multitudinem vel magnitudinem & excellentiam.

Μή με περισθενέων δηλήσεται ὀξέϊ χαλκῷ, Ne me viribus ſuperior lædat *vel* perdat ferro. ἄκρην δε ῥινὸν δηλήσατο χαλκὸς, ſupra *v.* 278.

v. 369.

Ἀνδρῶν μνηστήρων κεχολωμένος, Virorum procorum *cauſa* iratus.

Οἵ οἱ ἔκειρον κτήματ' ἐνὶ μεγάροις, qui ei abſumebant Bona in ædibus. Vid. ad *Od.* Σ. 143.

v. 370.

Σὲ δὲ νήπιοι οὐδὲν ἔτιον, te autem ſtolidi quaſi pro nihilo æſtimabant; proci, futurorum improvidi.

v. 371.

Ἐπιμειδήσας, arridens, dazu lächlend. *Il.* Δ. 356.

v. 372.

Θάρσει, *Od.* Τ. 546.

Ἐπειδή σ' οὗτος ἐρύσσατο καὶ ἐσάωσεν, quandoquidem te hic liberavit & ſervavit.

v. 374.

Κακοεργία, ας, ἡ, maleficentia.

Εὐεργεσία, ſupra *v.* 235.

Ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων.

Quam maleficentiâ beneficentia longe melior!]

Τῆς εὐεργεσίης οὐδὲν ἀρειότερον. *Theogn. Gnom. Eleg.* 548. Ἐν μὲν γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους τότε μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς Θεοὺς, ὅταν εὐεργετῶσιν. *Strabo Geogr. Lib. X.* CLARK. Egregia plane vox & omnino veritati consentanea. Siquidem ii, qui male & vitiose vivunt, miserum tandem exitum sortiuntur, meritamque mercedem suorum scelerum recipiunt: quod arbitror Ulyssem innuere, idque apposite ad rem præsentem, ubi proci exitiosas petulantiæ & protervię suæ pœnas luunt; hic vero Medon & Phemius, qui nullam Ulysseæ familiæ injuriam fecerunt, sed omni potius studio eam complectebantur, eorum numero eximuntur, salutem, quam poposcerant, accipientes. SPOND.

v. 375.

Ἕζεσθε θύραζε, sedete foras, extra conclave magnum.

v. 376.

Ἐκ φόνου εἰς αὐλὴν, Ex loco cædis, ubi cæsi jacent & cruor multus est, in aulam.

Πολύφημος ἀοιδὸς, *i. e.* ὁ σοφὸς καὶ πολυίστωρ, καὶ ὅτι πολλὰς μαντικὰς φήμας εἰδὼς, vel &, ὁ πολλοὺς φημίζων. præstat tamen, der viel weissagende. ἀγορὴν πολύφημον ἱκέσθην, ad concionem in foro multas voces habentem veniebant ambo, *Od.* Β. 150.

v. 377.

Ὄφρ' ἂν ἐγὼ κατὰ δῶμα πονήσομαι, ὅττεό (*pro* ὅτινός) με χρή, Quamdiu ego in domo curabo, quod opus mihi est.

v. 378.

Τὼ δ' ἔξω βήτην μεγάροιο κιόντε, hi autem exiverunt domo ambulantes.

v. 379.

Vide supra ad *v.* 335.

v. 380.

Πάντοσε παπταίνοντε, Circumspectantes ambo; an alicunde periculum adsit. Vide ad *v.* 24.

Φόνον ποτιδέγμενοι αἰεὶ, cædem suam metuentes semper. ποτιδέγμενοι ἤματα πάντα, *Od.* Φ. 156.

v. 381.

Πάπτηνεν δ' Ὀδυσεὺς καθ' ἑὸν δόμον, Circumspexit autem

tem Ulyſſes per domum ſuam, *vel* per conclave illud magnum.

v. 382.

Ὑποκλοπέω, furtim occulo, occultando eripio.

Εἴ τις ἔτ' ἀνδρῶν ζωὸς ὑποκλοπέοιτο, ſi quis adhuc virorum Vivus furtim lateret, & ſe ſubducere vellet.

Ἀλύσκων κῆρα μέλαιναν, ſupra v. 363.

v. 383.

Πάντας — πολλούς,] Poëta univerſitatem & multitudinem voluit exprimere. Sed latine vertas: *omnes — magno numero.* ERN.

v. 384.

Ἐν αἵματι καὶ κονίῃσι Πεπτηῶτας, (*Alii* Πεπτεῶτας,) in ſanguine & pulvere Proſtratos jacentes. τόξα πεπτεῶτ' ἄλλυδις ἄλλα, arma ad ſagittandum pertinentia, quæ deciderant & jacebant alibi alia, *Il.* Φ. 503. Vid. etiam ſupra ad v. 362.

Ὥς' ἰχθύας, οὕθ' (*pro* οὕς τε) ἁλιῆες] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p* 22. *ſqq.*

Ἁλιῆες, piſcatores. ἐρέτας ἁλιῆας, *Od.* Π. 349.

v. 385.

Κοῖλον ἐς αἰγιαλὸν, Cavum in littus.

Πολιῆς ἔκτοσθε θαλάσσης, canum extra mare. Intelligitur hoc Epith. propr. *mare ad littus*, ubi ſpumæ albent, & ubi aqua ipſa videtur magis alba quam in alto, ubi fere nigricat. Deinde &, ab hac parte, mare totum, & quia fluctus ſuperne albeſcere ſolent.

v. 386.

Ἐξέρυσαν, extrahere ſolent.

Πολυωπὸς, οῦ, ὁ, ἡ, qui multos *quaſi* oculos habet, foraminoſus, voll Augen, οὗ πολλοὶ ὀφθαλμοί. nam & Græcis ponitur ὁ ὀφθαλμὸς pro ἡ ὀπὴ, ſicut & nos facimus. δίκτυον πολυωπὸν, rete ſic confectum, ut habeat multos oculos.

v. 387.

Κύμαθ' ἁλὸς ποθέοντες, Undas maris deſiderantes: de piſcibus extractis e mari in ſiccum.

Ἐπὶ ψαμάθοισι κέχυνται, *ſc.* ἰχθύες, ex reti piſcatorio arenis ſuperfunduntur.

v. 388.

Ἠέλιος φαέθων, *Od.* T. 441.

Τῶν μὲν τ' ἠέλιος — ἐξείλετο θυμόν, Horum quidem sol — abstulit vitam: de piscibus in sicco morientibus. ἐξείλε, supra *v.* 144.

v. 389.

Ὡς τότ' ἄρα μνηστῆρες ἐπ' ἀλλήλοισι κέχυντο, Sic tunc proci alius super alium prosternebantur, ut jacerent mortui.

v. 391.

Εἰ δ' ἄγε, formula est plerumque mere adhortatoria, & valet pro εἶα δὴ ἄγε, eja sane age, ey wolan, wolan denn nun: & hoc ἄγε locum habet ad unum & ad plures, quanquam & ἄγετε ponatur. Vid. ad *Il.* A. 524.

Κάλεσον, voca.

Τροφὸν Εὐρύκλειαν, *Od.* T. 489.

v. 392.

Ὄφρα ἔπος εἴποιμι, τό μοι καταθύμιόν ἐστιν, Ut verbum dicam, quod animo meo obversatur. θάρσει, μηδέ σοι θάνατος καταθύμιος ἔστω, ne cogita de morte: ita medie loquitur Ulysses, ne, interfecto deinde Dolone, mendacii possit argui, *Il.* K. 383.

v. 393.

Supra *v.* 108.

v. 394.

Κινήσας δὲ θύρην, Et movens ostium: sic vocat τὸ διασαλεῦσαι ἐπὶ κλήσει τινὸς τῶν ἔνδον, si percutitur & aperitur janua ad vocandum quem ex iis, qui intus sunt.

v. 395.

Δεῦρο δὴ ὄρσο, Huc sane propera. ὄρσο κίων, ὦ ξεῖνε, *Od.* H. 342.

Γρηῦ παλαιγενὲς, anus annosa! γρηὶ δ' ἐικυῖα παλαιγενέϊ προσέειπέ μιν, anui assimilata Venus grandævæ, *Il.* Γ. 386. Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ παλαιγενὲς, ut appareat, esse vocem honorificam: nam hunc Phœnicem valde honorabat Achilles, *Il.* P. 561.

v. 396.

Ἥτε γυναικῶν δμωάων σκοπός ἐσσι κατὰ μέγαρ' ἡμετεράων, die du die Haushofmeisterin bist über die Mägde; inquit Ulysses.

Ulyſſes ad Eurycleam ſuam: ἐπιμελήτρια, ἐπίτροπος, quæ & dici poſſet ἡ ἐπίσκοπος, inſpectrix. τῶν δὲ σκοπὸς ἦεν ἀμείνων, ſupra v. 156.

v. 397.

Ἔρχεο, Vade.

Κικλήσκει σε πατὴρ ἐμὸς, vocat te ad ſe pater meus, er läßt dich ruffen. Ἴρον δὲ νέοι κίκλησκον ἅπαντες, Od. Σ. 6.

v. 398.

Τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος, Od. Φ. 386.

v. 399.

Μεγάρων εὖ ναιεταόντων, ibid. 387.

v. 400.

Πρόσθ' ἡγεμόνευεν, præibat.

v. 401.

Μετὰ κταμένοισι νεκύεσσιν, apud cæſa cadavera.

v. 402.

Αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον, Sanguine & cruore conſperſum & inquinatum. ita Il. Z. 268. σάκος — πεπαλαγμένον ἄζῃ, ſupra v. 184.

Ὥστε λέοντα,] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 317. ſq.

v. 403.

Λέων, βεβρωκὼς βοὸς, leo, qui de bove comedit, non veró totum. eſt phraſis Attica, qua Genitivus ponitur, ſi pars alicujus rei eſt indicanda. δράκων βεβρωκὼς κακὰ φάρμακα, paſtus mala medicamina, der giftige Kräuter gefreſſen hat, Il. X. 94. χρήματα δ' αὖτε κακῶς βεβρώσεται, bona porro male devorabuntur, Od. B. 203. ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον, crudum vorares Priamum, Il. Δ. 35.

Βοὸς — ἀγραύλοιο, Od. M. 253.

v. 404.

Πᾶν δ' ἄρα οἱ στῆθός τε, παρήϊά τ' ἀμφοτέρωθεν Αἱματόεντα πέλει, Totum autem ei pectusque, genæque utrinque Cruore oblitæ ſunt: de leone, qui bovem diſcerpſit.

Παρήϊα, Od. T. 208. ἀμφοτέρωθεν, ſupra v. 80.

v. 405.

Αἱματόεντα πέλει. αἱματόεσσα σμῶδιξ, Il. B. 267. mit Blut unterlaufen.

Δεινὸς

Δεινὸς δ' εἰς ὦπα ἰδέσθαι, terribilisque adſpectu. αἰνῶς ἀθανάτῃσι Θεαῖς εἰς ὦπα ἔοικε, vehementer ſimilis eſt vultu Deabus, *Il.* Γ. 158. οὐδ' ἂν ἔμοιγε τέλαίη, κύνεός περ ἐών, εἰς ὦπα ἰδέσθαι, nec ſane ſuſtineret mihi, etſi valde impudens, in vultum ſpectare, *Il.* Ι. 373. οὐ μὲν γάρ τι κακῷ εἰς ὦπα ἐῴκει, non enim homini ignobili ſimilis eſt vultu & forma, *Od.* Α. 411. & loquitur ibi procus, elegans formarum ſpectator, ex forma colligens omnia.

v. 406.

Ὡς Ὀδυσεὺς πεπάλακτο (κατὰ) πόδας καὶ χεῖρας, *coll.* 404.

Ὕπερθεν, ſupra *v.* 173.

v. 407.

Ἄσπετον — αἷμα, immenſum — ſanguinem. ἄσπετον οὖδας, ſupra *v.* 269.

v. 408.

Ἴθυσέν ῥ' ὀλολύξαι, *ſc.* ἡ Εὐρύκλεια, Conata eſt ſtatim exclamare ad Deos cum cantu gratulatorio, τεταμένῃ φωνῇ εὔξεσθαι καὶ Θεοὺς ἐπιβοήσασθαι, διὰ τὴν χαρὰν, ein Dank-Lied den Göttern zuſingen. Sed id jam vetat Ulyſſes *v.* 411. αἱ δ' ὀλόλυξαν θυγατέρες τε νυοί τε καὶ αἰδοίη παράκοιτις, canebant clara voce, ob ſacrificium recte factum a Neſtore: ſie ſungen mit lauter Stimm ein kurzes Opfer-Lied. *Od.* Γ. 450. vides ergo γυναικείαν εὐχὴν λιγυφωνον. ὡς εἰποῦσα ὀλόλυξε, quod eſt pro οὕτως ὀλολύξασα εἶπε, ſic dicebat inter canendum & precandum clara voce, *Od.* Δ. 767. & ſermo eſt de Penelope, comprecante Minervam. & eam ὀλολυζούσαν ἐπὶ εὐχῇ, *i. e.* γεγωνότερον ἀναβοῶσαν, audivere proci: hinc turbati ſunt, *coll.* 768. etſi non verba ipſa intellexerant, quid precata ſit regina.

Ἴθυσεν. ἴθυσαν δὲ πολὺ προτέρω, recta perrexerunt ulterius multo, *Il.* Δ. 507. ἴθυσε μάχη, pugna impetum fecit huc illuc, ὅρμησε, das Gefecht that Angriffe, *Il.* Ζ. 2. ἰθύει, de leone: irruit, *Il.* Λ. 551. ὅπῃ δ' ἰθύει, τῇ εἴκουσι στίχες ἀνδρῶν, ubi impetum facit, ibi cedunt ordines virorum, wo er anſezet, da weichen die Glieder der Feinden, *Il.* Μ. 48. & 443. ἴθυσαν ἐπὶ τεῖχος ἀολλέες, ſie rückten an die Mauer mit Hauffen an. ἴθυσε νεὸς, irruit recta contra navem, *Il.* Ο. 693. ἴθυσεν δὲ διὰ προμάχων, perrupit

perrupit per primos ordines, *Il.* Π. 582. ἴθυσαν δὲ κύνεσσιν ἐοικότες, irruerunt, ut canes, *Il.* Ρ. 725. Vid. etiam ad *Od.* Λ. 590.

Ἐπεὶ μέγα εἴσιδεν ἔργον, ubi tantam rem geſtam conſpexit, cædem procorum.

v. 409.

Vid. ad *Od.* Π. 430.

v. 411.

Ἐν θυμῷ, γρηῦ, χαῖρε, καὶ ἴσχεο, In animo, o anus! gaude tacita, & contine te. σὺ δ' ἴσχεο, ſupra *v.* 367.

Μηδ' ὀλόλυζε, κ. τ. λ. nec jubila, &c. Apparet, voluiſſe anum ita canere, ſicut moris erat apud *ſacrificium rite oblatum* & conſecratum Diis: ſed Ulyſſes dicit, hos occiſos viros non eſſe *victimas gratas Deo*; hinc & ejusmodi cantu abſtinendum. Gaude in animo tacita, & cohibe te, nec canta clare: Dii enim nolunt invocari inter mortuos homines, divina vindicta cæſos.

v. 412.

Ὀυχ ὁσίη, Vid. ad *Od.* Π. 423. (ubi pro *Novi Inſtrumento* lege *Novi Inſtrumenti.*)

Ὀυχ ὁσίη, κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. εὐχετᾶσθαι eſt idem quod ὀλολύζειν, cum læta gratiarum actione elata voce precari: id licet fieri in victimis oblatis Deo, at non in occiſis hominibus; id averſatur Deus. Docet ergo, non nimis gaudendum eſſe ob cæſos inimicos: ſaltem, ſi quis ex θεομηνίᾳ, ab irato Numine, eſt cæſus, non ejusmodi preces lætæ ſunt offerendæ Deo. Ergo ad ὁσίη ſubintelligenda δίκη vel εὐχή, gratulatio: non Deo placet gloriatio, quando gloriamur ob homines occiſos. τίνες ἔμμεναι εὐχετόωντο, *Od.* Π. 223.] Voilà un grand ſentiment. Après le plus étonnant de tous les exploits, Ulyſſe eſt ſi éloigné de ſe glorifier & de s'applaudir de ce grand ſuccès, qu'il ne veut pas même qu'on en faſſe éclater ſa joye. Il reconnoît que cela eſt moins dû à ſon bras qu'à la colere de Dieu, qui a voulu executer ſes vengeances: pieté, humanité, moderation, tout eſt dans ce ſentiment. DAC.

v. 413.

Τούσδε δὲ μοῖρ' (*pro* μοῖρα) ἐδάμασσε θεῶν, Hos enim interfe-

interfecit attributa ſors a Deo. *i. e.* δίκη θεῶ, qua Deus attribuit cuique partem ſuam meritam : Hos retributoria juſtitia Deorum ſubegit. ὁ μὲν ἐν μοίρῃ πέφαται, ſupra *v.* 54.

Καὶ σχέτλια ἔργα, & ipſorum improbitas, atrocia & immania facta. *coll.* 414 — 416. σχέτλιος, *Od.* Φ. 28.

V. 414.

Οὔτινα γὰρ τίεσκον (*Jon.* pro ἔτιον) — ἀνθρώπων, Neminem enim in pretio habebant aliquo *vel* æſtimabant — hominum, ſie achteten niemanden für was: quod eſt ingens crimen, morte luendum.

Ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, *Od.* Σ. 135.

V. 415.

Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, Neque humilem, neque & honeſtiorem, & nobilem,] Iſtud fuit mirum procorum ingenium, qui neque malorum neque bonorum ſocietate, qui quidem ad eos peregre advenirent, ſint delectati. Mira, inquam, iſta φιλαυτία, ut reliquam omnem humanitatem exuiſſe credideris. Adeo *porro* ſuis commodis velificabantur, ut ſine ullo diſcrimine neminem in partem eorum admiſerint. Quam juſtas ergo luerunt pœnas, & quam memorabili exemplo divinæ vindictæ, quæ licet ſero interdum, at graviſſime ſane, homines tandem plectit. SPOND.

Ὅτις σφέας εἰσαφίκοιτο, quicunque ad eos veniret, &c. inter eos verſaretur. ὅτις σφέας εἰσαφίκηται, *Od.* Υ. 188.

V. 416.

Supra *v.* 317.

V. 417.

Καταλεξον, enumera.

V. 418.

Vide ad *Od.* Τ. 498.

V. 419.

Τροφὸς Εὐρύκλεια, Vid. ſupra ad *v.* 391.

V. 420.

Vid. ad *Od.* Ρ. 108.

V. 421.

Πεντήκοντα — γυναῖκες, de ancillis Ulyſſis, ex quibus duodecim fuerant malæ.

V. 422.

V. 422.

Τὰς μὲν τ' ἔργα διδάξαμεν ἐργάζεσθαι, quas docuimus opus facere *vel* elaborare. *coll.* 423.

V. 423.

Ξαίνω, pecto, carmino, pectine rado & complano. Est a ξέω, a quo & ξάω.

Εἴριά τε ξαίνειν, Lanasque carpere & dividere, Wolle zusammen: quæ est species ἔργων muliebrium, *v.* 422. in genere positorum; & in mente est addendum *& cetera*, vel *& similia.* nam hoc unum opus est exempli causa positum.

Εἴρια, *Od.* Σ. 315.

Δυλοσύνη, ης, ἡ, servitus.

Καὶ δυλοσύνης ἀνέχεσθαι, & præstare servitia utilia, Sclavinen-Dienste zu leisten. *vel in genere*, servitutem tolerare & ferre, die Dienstbarkeit zu tragen. ὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι; *Od.* T. 27.

V. 424.

Τάων δώδεκα πᾶσαι, Harum omnino tantum duodecim ex eo magno numero,] Vide supra ad E. 244. item ad *Il.* Σ. 373. 470. CLARK.

Ἀναιδείης ἐπέβησαν, in impudentia ambularunt, impudentiæ affines factæ sunt. ἀναιδείην ἐπιειμένε, involute in contemtum juris & æqui, *Il.* A. 149. nam Achilli videbatur rex irreverenter agere erga socios ei fidos, & erga uxorem absentem, cui palam prætulerat captivam.] Ἐπὶ πολὺ τῆς ἀναιδείας ἐπῆλθον. *Schol.*

V. 425.

Οὔτ' ἐμὲ τίεσαι, ἔτ' αὐτὴν Πηνελόπειαν, Nec me curantes & respicientes & æstimantes, nec ipsam Penelopen.

V. 426.

Τηλέμαχος δὲ νέον μὲν ἀέξετο, Telemachus enim nuper quidem adolescens fiebat, & ex ephebis excedebat: mater tamen eum nondum sinebat imperare ancillis. Τηλέμαχος δ' ἐν μὲν κραδίῃ μέγα πένθος ἄεξε, *Od.* P. 489.

V. 427.

Οὐδέ ἑ μήτηρ σημαίνειν εἴασκεν (*Jon.* pro εἴαε, *contr.* εἴα) ἐπὶ δμωῇσι γυναιξὶν, neque eum mater imperare sinebat ancillis suis. σημαινέω ἕκαςα, *Od.* M. 26.

V. 428.

v. 428.

Ὑπερώϊα σιγαλόεντα, *Od.* Ξ. 600.

v. 429.

Τῇ τις Θεὸς ὕπνον ἐπῶρσε, cui aliquis Deus fomnum immifit.

v. 431.

Μήπω τήνδ' ἐπέγειρε, Nondum eam huc excita.

v. 432.

Ἅιπερ πρόσθεν ἀεικέα μηχανόωντο, quæ antea indigna patrabant & in animo habebant. Vid. ad *Od.* Υ. 394.

v. 433.

Αἵ ἐκ μεγάροιο βεβήκει, *Od.* Τ. 503.

v. 434.

Od. Σ. 185.

v. 436.

Εἰς ἓ καλεσσάμενος, Ad fe vocans.

v. 437.

Ἄρχετε νῦν νέκυας φορέειν, Incipite jam, mortuos efferre ex triclinio.

Ἄνωχθε γυναῖκας, jubete mulieres. ἄνωχθι, *Od.* Σ. 181.

v. 438.

Θρόνους περικαλλέας, ἠδὲ τραπέζας, folia perpulcra, & menfas.

v. 439.

Ὕδατι καὶ σπόγγοισι πολυτρήτοισι καθαίρειν, Vid. ad *Od.* Α. 111. & Υ. 151.

v. 440.

Ἐπὴν δὴ πάντα δόμον κατακοσμήσησθε, quando jam omne triclinium (den ganzen Saal) in bonum ordinem reftitueritis. ἐπὶ νευρῇ κατεκόσμει οἰςὸν, fagittam in nervo eukόσμως καταθεῖσθαι, *Il.* Δ. 118.

v. 441.

Δμωὰς ἐξαγαγόντες — μεγάροιο, Famulas educentes e — domo.

Ἐϋςαθέος μεγάροιο, fupra *v.* 274.

v. 442.

Μεσσηγὺς, fupra *v.* 341.

Θόλος, ου, ὁ, eft οἴκημα κυκλοτερὲς, εἰς ὃ τὰ καθ' ἑκάςην (ἡμέραν) χρήσιμα τῶν σκευῶν ἐτίθεντο, ædificium rotundum,

dum, in quo vasa quotidiani usus reponebantur, οἷον (e. c.) πίνακες, κρατῆρες, ἐκπώματα, &c. sub quo vasa ad culinam & mensam necessaria deponi solebant: & habebat tectum, in acutum fastigium desinens. Veteres compositam vocem dicunt ex θεῖν ὅλον, *quasi* περιθεόμενον, circumcurrens; a rotunda nimirum figura. Ejusmodi θόλος in aula Ulyssis narratur *h. l.* inter quem & septa aulæ erat angustia.

Μεσσηγύς τε θόλου καὶ ἀμύμονος ἕρκεος αὐλῆς, In medio tholi & pulcri septi *vel* muri aulæ.

Ἀμύμονος ἕρκεος αὐλῆς, boni & firmi septi circa aulam. ἡμετέροισιν ἐν ἕρκεσι, *Od.* Φ. 384.

v. 443.

Θεινέμεναι (*Attice* pro θείνειν) ξίφεσιν, Cædite gladiis.

Ξίφεσιν τανυήκεσιν, gladiis longas acies habentibus. τανύηκες ἄορ, *Od.* Λ. 230.

v. 444.

Ἐξαφέλω, eximo. ex ἐξ & ἀφέλω, aufero, demo.

Εἰσόκε πασέων ψυχὰς ἐξαφέλοισθε, donec omnium istarum ancillarum Animas auferatis.

Καὶ ἐκλελάθοιντ' (*pro* ἐκλελάθοιντο) Ἀφροδίτης, & oblivissantur voluptatis venereæ. ἐκλαθέσθαι, *Od.* K. 557.

v. 445.

Τὴν ἄρ ὑπὸ μνηστῆρσιν ἔχον, Quam assidue sub procis habebant.

Μίσγοντό τε λάθρη, coibantque cum iis clam. ὅς ἐμίσγετο λάθρη, *Od.* O. 429.

v. 446.

Ἀολλέες, confertæ, *Od.* Υ. 40.

v. 447.

Αἴν' (*pro* Αἰνὰ) ὀλοφυρόμεναι, Miserabiliter ejulantes, die entsezlich kläglich thaten: de ancillis post procos cæsos productis ad pœnam. οἶκτρ' ὀλοφυρομένην, *Od.* Υ. 543.

Θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέουσαι, Vid. ad *Od.* Π. 16.

v. 448.

Νέκυας φόρεον, cadavera exportabant e domo *vel* conclavi magno.

Νέκυας — καταλεθνειώτας, de ancillis noxiis, exportantibus cadavera cæsorum procorum. Vid. ad *Od.* K. 530.

v. 449.

Κὰδ — τίθεσαν, *pro* Καθετίθεσαν, Depofuerunt.

Ὑπ' αἰθέσῃ — αὐλῆς, fub porticu, ex qua ibatur in aulam. *Od.* Φ. 390.

Ἑυερκέος αὐλῆς, *ibid.* 389.

v. 450.

Ἀλλήλῃσιν ἐρείδουσαι, δμωαὶ, Sibi invicem oppofitæ in efferendo cadavera, *fc.* ut una caput mortui, altera pedes, prehenderet. nifi potius eft: urgentes fe invicem, feftinanter alteram altera fequens & jungens in efferendo, addenfatæ *quafi* invicem, *coll.* 446. & id præftat fic intelligere: erant enim duodecim. fingulæ fingula ferebant vel trahebant cadavera, atque id feftinanter. ἔγχει ἐρειδόμενος, *Od.* K. 170.

Σήμαινε δ' Ὀδυσσεὺς, præerat autem & imperabat & agendum docebat Ulyffes. Vid. fupra ad *v.* 427.

v. 451.

Αὐτὸς ἐπισπέρχων, *fc.* τὰς δμωάς, Ipfe ad celeriter eundum & faciendum incitans & urgens, ancillas. ἐπισπέρχουσι δ' ἄελλαι Παντοίων ἀνέμων, *Od.* E. 304.

Ταὶ δ' ἐκφόρεον καὶ ἀνάγκῃ, & illæ ancillæ exportabant corpora mortua, & quidem coactæ, aus Zwang. κόρυθες νηῶν ἐκφορέοντο, galeæ e caftris efferebantur, *Il.* T. 360. de exercitu e caftris prodeunte.

Ἀνάγκῃ, fupra *v.* 353.

v. 452. 453.

Vide ad *v.* 438. 439.

v. 455.

Λίστρον, ου, τὸ, inftrumentum domefticum, quo purgatur folum vel pavimentum in domo, τὸ ξύστρον. & id inftrumentum erat ferreum, vel ferro munitum, quo altiores vel denfiores fordes abradebantur: eine eiferne oder mit Eifen unten befchlagene Schaufel.

Λίστροισιν δάπεδον — δόμοιο ξυον, Raftris *vel* Inftrumentis ferreis pavimentum — conclavis *aut* triclinii magni Radebant.

Δάπεδον, fupra *v.* 309.

Πύκα ποιητοῖο δόμοιο. τεῦχος πύκα ποιητοῖο, *Od.* Φ. 64.

v. 456.

v. 456.

Ξῦον, (*pro* Ἔξυον,) Radebant, & abradebant de ſolo cruorem aliasque ſordes. ἑανὸν, ὅν οἱ Ἀθήνη ἔξυσ' ἀσκήσασα, *Il.* Ξ. 179.

Ταὶ δ' ἐφόρεον δμωαὶ, eædem vero ancillæ aſportabant, *ſc.* iſta purgamenta, τὰ ξυόμενα.

Τίθεσαν δὲ θύραζε, poſueruntque foris.

v. 457.

Ἐπειδὴ πᾶν μέγαρον διεκοσμήσαντο, poſtquam omne triclinium magnum purgaverant, & in ordinem reſtituerant ſuum. διὰ δὲ τρίχα κοσμηθέντες, *Od.* I. 157.

v. 458. 459.

Supra *v.* 441. 442.

v. 460.

Εἴλεον ἐν στείνει, Congregabant eas in anguſto loco, Cogebant eas in arctum locum, ſie trieben ſie zuſammen, und hielten ſie in der Enge eingeſperret. εἴλει γὰρ Βορέης ἄνεμος μέγας, *Od.* T. 200.

Ἐν στείνει. στείνει ἐν αἰνοτάτῳ, in difficillima anguſtia ſpatii, inter foſſam & murum, *Il.* Θ. 476.

Ὅθεν οὔπως ἦεν ἀλύξαι, unde nullum erat effugium. ἀλύσκων κῆρα μέλαιναν, ſupra *v.* 382.

v. 462.

Καθαρῷ θανάτῳ, pura morte: nam ſuſpendium habebatur mors impura. καθαρὰ εἵματα, *Od.* P. 48.

Μὴ μὲν δὴ καθαρῷ θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην, Non quidem ſane pura morte vitam auferam.

v. 463.

Τάων, αἳ δὴ ἐμῇ κεφαλῇ κατ' ὀνείδεα χεῦαν, *pro* κατέχευαν, inquit Telemachus de peſſimis ancillis ſuis: Illarum, quæ capiti meo, *i. e.* mihi *vel* contra me, contumelias *aut* contumelioſa verba effuderunt, die mir ſchmählig begegnet haben, ſi *ſc.* a me reprehenderentur iſtæ ancillæ.

v. 464.

Παρά τε μνηστῆρσιν ἴαυον, & apud procos cubabant. ἀΰπνους νύκτας ἴαυον, *Od.* T. 340.

v. 465.

Πεῖσμα νεὸς — Κίονος ἐξάψας μεγάλης, funem navis —

Ad columnam aptans magnam, rudentem navis — Ex columna alligans magna, da er ein dick Schiff-Seil an eine Säule befestiget. πεῖσμα, *Od.* N 77.

Νεὸς κυανοπρώροιο, Vid. ad *Od.* M. 100.

v. 466.

Κίων, supra *v.* 193.

Ἐξάψας. βοέους δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας, er band Riemen dran, bovina innexuit lora, *Il.* X. 397. ἵππων ἐξάπτων, ad currum alligans, sic ut de curru dependeret, da er ihn an den Wagen gebunden, und dran hängend gemacht, *Il.* Ω. 51. πάντες δ' ἐξάπτεσθε, omnes ex ea pendentes trahite, hänget euch alle dran mit gewaltigem ziehen, fasset alle dran und ziehet, *Il.* Θ. 20.

Περίβαλλε θόλοιο, circumnexuit tholo. αἰ περιβαλλομένας ἴδε τεύχεα, supra *v.* 148.] Funem crassiorem nauticum, e columna aptum, circa tholum interiorem duxit, ut ex eo omnes suspendi possent, suo quæque laqueo. ERN.

v. 467.

Ὑψόσ' ἐπεντανύσας, In altum extendens laqueum.

Ἐπεντανύω, *idem quod* ἐντανύω, intendo. ὑψόσε πεῖσμα ἐπεντανύσας, in altum injiciens & inde extendens rudentem: de ancillis suspendio necatis, & rudens ille in alto extentus erat loco patibuli, ex quo laqueis circa colla positis pendebant.

Μήτις ποσὶν οὖδας ἵκηται, ne qua harum suspensarum ancillarum pedibus terram contingere posset. οὐδὰξ ἕλον — οὖδας, supra *v.* 269.

v. 468.

Κίχλη, ης, ἡ, turdus, ein Krammsvogel. *Dores* dicunt ἡ κιχῆλα, ας, & *per Sync.* κίχλα. Vox facta ex sono, quem hæ aves edunt: a quo sono est & ὁ κιχλισμὸς, muliebris suavis risus, qualem Poëta notavit *Od* Υ. 6 - 8. & verbum κιχλίζειν, ridere suaviter more juvencularum lusitantium inter se. Turdis *h. l.* comparat mulieres suspensas, quia tardi sic capi solent.

Κίχλαι τανυσίπτεροι, ἠὲ πέλειαι, turdi alas expandentes, vel columbæ. ὄρνιθες τανυσίπτεροι, *Od.* E. 65.

Πέλεια, *Od.* Υ. 243.

v. 469.

v. 469.

Ἕρκει ἐνιπλήξωσι, Parieti impegerint ſe, Reti alte conſtituto inciderint, ut capita hæreant in nexibus retis. *h. l.* in ſtilo venatorio ἕρκος vocatur rete illud, δικτυῶδες μηχάνημα, quod expanditur alte contra aviculas. Poteſt & eſſe, σχοῖνος μακρὰ, ἧς βρόχοι ἀπῃώρηνται πρὸς ἰσότητα σύμμετρον, funis craſſus & longus in alto expanſus, ad quem laquei ordine æquali dependent, an welchem Schlingen nach der Reihe hangen: quales laqueos venatores turdorum ad curva ligna ſolent ſuſpendere, cum cibo una appenſo. ἕρκεος αὐλῆς, ſupra *v.* 459.

Ἐνιπλήξωσι. τάφρῳ ἐνιπλήξ.μεν, in foſſam impingamur: in foſſam irruamus, *Il.* M. 72. Ἀχαιοὶ τάφρῳ καὶ σκολόπεσσιν ἐνιπλήξαντες, ad foſſam & vallos ruentes: *quaſi* aves territæ & fugam quærentes, *Il.* O. 344.

Τέ θ᾽ ἑστήκει ἐνὶ θάμνῳ, quod ſtat in fruticeto. ἐν θάμνοισι καλέδρα θον, *Od.* H. 285.

v. 470.

Αὖλιν ἱεμέναι, In diverſorium intrantes. αὖλις *h. l.* dicitur de avibus εἰς καλιασκήνωσιν ſuam volantibus, die zu Neſte gehen wollen, wo ſie des Nachts ſich aufhalten. ἐγγὺς νηῶν αὖλιν ἔθεντο Τρῶες, ſtationes ſuas cum univerſis copiis, ihr Nacht-Lager im Felde, *Il.* I. 232.

Στυγερὸς — κοῖτος, triſte cubile & gelidum, *i. e.* ſtatus mortis, quo gelidi jacent.

Στυγερὸς δ᾽ ὑπεδέξατο κοῖτος, odioſum autem eas excipit cubile, triſte autem eas ſuſcipit cubile: de turdis columbisque captis laqueo.

v. 471.

Ὡς αἵγ᾽ ἑξείης κεφαλὰς ἔχον, Sic hæ una ſerie habebant capita illigata laqueis. ἑξείης, *Od.* Φ. 141.

v. 472.

Ἀμφὶ δὲ πάσαις δειρῇσι βρόχοι ἦσαν, circum autem omnibus colla laquei erant. ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν, *Od.* Λ. 277.

Δειρῇσι, *pro* δειραῖς. δειρῇ, *Od.* M. 90.

Ὅπως οἴκτιστα θάνοιεν, ut maxime miſerabiliter morerentur. λιμῷ δ᾽ οἴκτιστον θανέειν, *ibid.* 342.

v. 473.

Ἤσπαιρον δὲ πόδεσσι, Palpitabant vero pedibus: de ancillis suspensis necandisque. Vid. ad Od. Τ. 229. & 231.

Μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δήν, breviter modo, non sane diu: posterior phrasis est explicatio prioris.

v. 465 — 473.

Conf. RICC. *Diss. Hom. Tom. III. Diss. LVIII. De Telemacho sontes puellas in regiis ædibus suspendente.*

v. 474.

Ἐκ δὲ Μελάνθιον ἦγον ἀνὰ πρόθυρόν τε καὶ αὐλήν, Eduxerunt porro Melanthium in partem ante januam & in aulam. δὴ ἐκ προθύρου δὲ θύραζε ἕλκον, *Od.* Φ. 299.

v. 475. 476.

De Melanthio, crudeli supplicio affecto, & quidem consulto cum aliqua mora, ut sensum doloris majorem haberet. Vid. ad *Od.* Σ. 85. 86.

Χεῖράς τ' ἠδὲ πόδας κόπτον, Manusque & pedes ei abscindebant.

Κεκοτηότι θυμῷ, inimico animo, *Od.* Τ. 71.

v. 478.

Οἱ μὲν ἔπειτ' ἀπονιψάμενοι χεῖράς τε πόδας τε, Hi quidem deinde cum abluerunt manusque pedesque. ἀλλά μιν, ἀμφίπολοι, ἀπονίψατε, *Od.* Τ. 317.

v. 479.

Εἰς Ὀδυσῆα δόμονδε κίον, Ad Ulyssem in domum iverunt.

Τετέλεστο δὲ ἔργον, & perfectum erat opus: de cæde procorum.

v. 481.

Οἶσε θέειον, γρηῦ, Affer mihi sulfur, anus! οἶσε θέειον, supra *v.* 106.

Θέειον, Vid. ad *Od.* Ξ. 307.

Κακῶν ἄκος, malorum remedium, quo expiatur, & lustratur, & sacratur domus. οὐδέ τι μῆχός ἐστιν εὑρεῖν ἄκος ῥεχθέντος κακοῦ, neque ulla facultas est inveniendi remedium contra hoc admissum malum, **kein Mittel mehr, wenn das Unglück einmahl geschehen ist**, *Il.* Ι. 250.

Οἶσε δέ μοι πῦρ, & affer mihi ignem.

v. 482.

Θειόω, & θειόω, & θηϊόω, suffitu sulphuris expio & purgo. ἔφερ' θειώσω μέγαρον, ut suffitu lustrem cœnationem.

v. 480 481.

Etiam *sulphur* inserviebat *lustrationibus*. Ulysses præterea adsumsit *ignem*, cujus singularem in expiatione facultatem credebant. Conjunxit pariter *Juvenalis*: (Sat. II. 157. sq.)

Cuperent lustrari, si qua darentur
Sulphura cum tædis.

FEITH *L. I. C. VI* §. *II.* add LAKEM. *Antiq. Gr. P. III. C. III.* §. *VI.* LOMEI. *de Lustrat. vet. Gentil. p.* 192. *sq.* aliosque.

v. 483.

Ἄνωχθι. ἄνωχθι γυναῖκας, supra *v.* 437.

v. 484.

Πάσας δ' ὄτρυνον δμωὰς κατὰ δῶμα νέεσθαι, Omnes vero jube ancillas celeriter domum venire.

v. 486.

Vid. ad *Od.* Φ. 278.

v. 487.

Ἐνείκω, supra *v.* 139.

v. 488.

Ῥάκεσι πεπυκασμένος εὐρέας ὤμους, pannis obtectus latos humeros. ἐντὸς δὲ πυκάζοιεν σφέας αὐλῆς, *Od.* M. 225.

Ῥάκεσι. ῥακέων, supra *v.* 1.

v. 489.

Μηδ' οὕτω — Ἕσταθ' (*pro* Ἕσταθι) ἐνὶ μεγάροισι, Neque sic — Sta in ædibus.

Νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη, reprehendendum enim esset. πρὶν δ' ἔτι νεμεσσητὸν κεχολῶσθαι, supra *v.* 59.

v. 491.

Πῦρ νῦν μοι πρώτιστον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω, Ignis nunc mihi omnium primum in ædibus fiat.

v. 492.

Οὐδ' ἀπίθησε φίλη τροφὸς Εὐρύκλεια, neque non paruit chara nutrix Euryclea. Vid. ad *Od.* O. 98.

v. 493.

Ἤνεγκεν δ' ἄρα πῦρ καὶ θήϊον, (*Jon.* pro θέειον, v. 481.) Afferebat vero ignem & ſulphur.

v. 494.

Διαθειόω, & διαθειόω, ſuffiendo perluſtro.

Μέγαρον καὶ δῶμα καὶ αὐλήν,] *Euſtathius* ait, diſcrimen videri intelligendum μεγάρε καὶ δώματος. Putat autem, μέγαρον eſſe γυναικωνῖτιδα, cujus ſignificationis exempla (χρήσεις) ante poſuerit. Falſo. μέγαρον eſt triclinium, δῶμα eſt πρόθυρον, v. 474. Purgaturus erat loca cæde inquinata. ERN.

v. 496.

Supra v. 434.

v. 497.

Αἱ δ' ἴσαν ἐκ μεγάροιο,] Hic, ſecundum obſervationem *Euſtathii*, intelligenda γυναικωνῖτις. ERN.

Δάος μετὰ χερσὶν ἔχουσαι, de mulieribus, lumen ex accenſis facibus præferentibus. ita *Od.* Η. 339.

v. 498.

Αἱ μὲν ἄρ' ἀμφεχέοντο, καὶ ἠσπάζοντ' Ὀδυσῆα, de ancillis honeſtioribus Ulyſſis, cum agnoſcerent eum: Illæ igitur circumſtabant & ſalutabant Ulyſſem. Vid. ad *Od.* Τ. 415.

v. 499.

Καὶ κύνεον ἀγαπαζόμεναι κεφαλήν τε καὶ ὤμους, *Od.* Ρ. 35.

v. 500.

Χεῖράς τ' αἰνύμεναι, Manusque capientes, faſſende. αἰνὸ πασσάλε αἴνυτο τόξον, *Od.* Φ. 53.

Τὸν δὲ γλυκὺς ἵμερος ἧρει κλαυθμοῦ καὶ στοναχῆς, eum autem dulcis appetitus cepit Fletus & gemitus.

v. 501.

Γίνωσκε δ' ἄρα φρεσὶ πάσας, agnoſcebat enim re vera omnes.

IN

IN Ψ. ODYSSEÆ.

V. I.

Γρηῦς δ' εἰς ὑπερῷ' ἀνεβήσατο καγχαλόωσα, Anus vero in superiorem ædium partem ascendit valde læta ἦ καγχαλόωσι Ἀχαιοὶ, certe cachinnantur ii, lætantur ex animo, *Il.* Γ. 43. καγχαλόων ἐβεβήκει, vadebat hilaris & lætus, *Il.* Ζ. 514.

V. 2.

Δεσποίνῃ ἐρέουσα φίλον πόσιν ἔνδον ἐόντα, Heræ nunciatura, suum maritum domi esse.

V. 3.

Γοῦνατα δ' ἐῤῥώσαντο, Genua autem inter eundum magno conatu movebant & confirmabant se. πρυλέες σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες ῥώοντο, pedites armati cum armis suis impetum faciebant & impressionem, sie rüsten mit Macht an, *Il.* Λ. 50. ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαὶ, de Vulcano: ut dicat, κνῆμαι erant quidem ἀσθενεῖς, sed κίνησις αὐτῶν ῥωμαλέα, movebant se ex omnibus viribus, *Il.* Σ. 411. & 417. ὑπὸ δ' ἀμφίπολοι ῥώοντο ἄνακτι, sub domino suo ἐῤῥωμένως ἐπονοῦντο, ut sustinerent & promoverent eum: sie ließen es sich mit Unterstützung ihres Herrn recht sauer werden und angelegen seyn. χαῖται δ' ἐῤῥώοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο, jubæ fortiter movebantur a vento, *Il.* Ψ. 367. νύμφαι ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐῤῥώσαντο, quæ circa eum fluvium choreas strenue ducere solent, ἐῤῥωμένως ἐκινήθησαν, tapfer herum zuhüpfen pflegen, *Il.* Ω. 616.

Ὑπερικταίνομαι, valde accelero, ἄγαν ἱκνέομαι, nimis accedere studeo. Est ab ὑπὲρ, ultra, & ἴκταρ, compositum verbum, sic tamen, ut τὸ ν loco τοῦ ρ, ex ἱκνοῦμαι sit retentum. Significat autem ἴκταρ, & ἴκταρ, *adv.* continuo, statim, consequenter: si quid sine mora ulla venit, & cum continuo motu, celerrime; nam est ab ἵκω, venio, eo. Quæres hoc verbum, ut plurimas alias voces, in multis Lexicis frustra.

Γοῦνατα δ' ἐῤῥώσαντο, πόδες δ' ὑπερικταίνοντο, de anu accelerante, ut heræ suæ nunciet adventum heri exoptatum: Genua autem firmiter agebant, & pedes ἄγαν ἱκνοῦντο.

νῦντο, ultra vires prope accedere laborabant. & fortaſſe hoc verbo greſſus aniculæ infirmæ eſt expreſſus, quæ in vadendo pedes non a ſe invicem longe profert; & ſi accelerat tamen, celeriter pedem ultra alterum, prope tamen inter ſe, promovet, ſie trippelt fort.

V. 5.

Ἔγρεο, *Od.* Ο. 46.

Φίλον τέκος, anus nutrix ad Penelopen, *coll.* 26. τέκνον φίλον. Vid. ad *Od.* Τ. 474.

V. 6.

Ὄφρα ἴδηαι Ὀφθαλμοῖσι τεοῖσι, τά τ' ἔλδεαι ἤματα πάντα, ut videas Oculis tuis ea, quæ deſideras quotidie, *ſc.* maritum tuum reducem. ὡς σφῶϊν ἐελδομένοισιν ἱκάνω, *Od.* Φ. 209.

V. 7.

Ἦλθ' Ὀδυσσεὺς, καὶ οἶκον ἱκάνεται, ὀψέ περ ἐλθών, Venit Ulyſſes, & domum advenit, ſero quamvis veniens, μετὰ πολὺν χρόνον, nach langer Zeit erſt, ſehr ſpäth.] In affectu præſertim lætiori tautologiæ ſolennes ſunt & probabiles, præſertim in muliercula. ERN.

V. 8.

Μνηστῆρες — ἀγήνορες, *Od.* Υ. 284.

V. 9.

Οἵ θ' ἑὸν οἶκον Κήδεσκον, (*Jon.* pro Ἔκηδον,) qui ejus domum funerabant *quaſi*, & malis afficiebant, ἔβλαπτον. εἴργοντο —, ὅ τις ἑ κήδοι, *Od.* Ι. 402.

Κτήματ' ἔδον, bona ejus comedebant.

Βιόωντό (pro βιῶντό, ſine augmento,) τε παῖδα, & vi adficiebant & opprimere conabantur filium. τῶν ὅτις μ' ἀέκοντα βιήσεται, *Od.* Φ. 348.

V. 11.

Μαῖα φίλη, ita Penelope Eurycleam vocat, quia mariti & filii fuerat nutrix: nam ipſius Penelopes nutrix fuerat ἡ Εὐρυνόμη, *Od.* Ρ. 499.] Quod aliâs diximus, eos, qui ſæpius decepti ſunt, tardiſſime fidere, jam a Penelope videmus uſurpari, quæ, cum falſitate tot nunciorum, quæ de Ulyſſe præceſſerant, vana illius exſpectatione deluſa ſit, ne nunc quidem huic anui, de cujus fide tamen dubitare non debuerat, credere vult, verum Ulyſſis

Ulyſſis adventum renuncianti, quin eam acerbis verbis coërcet, ut eam inſanam appellet, & tandem tectis eam abigere minis conatur, niſi reſpectus tam gravis ſenectutis obſtaret. SPOND.

Μαργην σε Θεοὶ θέσαν, inſanam te Dii fecerunt, ſie haben dich zur Thörin werden laſſen, μαινομένην. γαςέρι μαργῃ, *Od.* Σ. 2.

V. 12.

Ἐπίφρων, *Od.* T. 326.

Οἵτε δύνανται Ἄφρονα ποιῆσαι, καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα, ſie können dem Bedachtſamſten und Aufmerkſamſten die Richtigkeit der Gedanken und des Bemerkens entziehen.

V. 13.

Χαλιφρονέω, ſum remiſſo & negligenti ad curandum & cogitandum animo. a χαλίφρων, *Od.* T. 530.

Σαοφροσυνη, (& in proſa, σωφροσύνη,) ης, ἡ, accurata cogitatio & attentio mentis. Opponitur ei ἡ χαλιφροσυνη.

Θεοὶ χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν, Dii poſſunt etiam oſcitantem advertere ad cogitandum accurate: inſipientem inſiſtere facere poſſunt in ſtatum bene cogitandi: inſipientem ad ſapientiam perducere poſſunt. ἀναιδείης ἐπέβησαν, *Od.* X. 424.

V. 14.

Οἵ σε περ ἔβλαψαν, Qui quidem te mente captam fecerunt. τῦ δέ τις ἀθανατων βλάψε φρένας, *Od.* Ξ. 178.

Αὐτὸς δὲ κακὰς ὑπὸ κῆρας ἄλυξεν, (*pro* ὑπήλυξε,) ipse autem mala fata effugit. μόλις δ' ὑπάλυξεν ἀέλλας, *Od.* T. 189.

v. 333.

Ὡς θ' ἵκετ' Ὠγυγίην νῆσον, Νύμφην τε Καλυψώ, Vid. ad *Od.* H. 244 *sqq.*

v. 334.

Ἣ δή μιν κατέρυκε, Quæ eum detinebat.

Λιλαιομένη πόσιν εἶναι, *Od.* I. 30.

v. 335 — 337.

Vid. ad *Od.* H. 256 — 258.

v. 338 — 341.

Vid. ad *Od.* Π. 227. *sqq.* *Od.* T. 279. *sqq.*

v. 342.

Τοῦτ' ἄρα δεύτατον εἶπεν ἔπος, Hoc postremum dixit verbum, ante quam obdormiret dulci somno. ὁ δεύτατος ἦλθεν — postremus ibat, *Il.* T. 51. ὅς γὰρ δεύτατος ἦλθεν Ἀχαιῶν, hic enim novissimus ex aliis rediit, postremus, als der letzte unter allen, *Od* A. 286.

v. 343.

Ὅτε οἱ γλυκὺς ὕπνος — ἐπόρουσε, quum eum dulcis somnus — invasit.

Λυσιμελής — λύων μελεδήματα θυμοῦ,] Ita apud *Moschum:* Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων Λυσιμελὴς πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ. *Idyll. II. v.* 3. Et apud *Orpheum*, in *Hymno* εἰς Ὕπνον, 5. Λυσιμέριμνε, κόπων ἡδεῖαν ἔχων ἀνάπαυσιν. Et apud *Virgilium*: Placida laxarant membra quiete, *Æneid. V.* 836 Apud *Ovidium* denique: Somne quies rerum, placidissime Somne deorum, Pax animi, quem cura fugit. *Metamorph. XI.* 623. CLARK. Vide etiam ad *Od.* Υ. 56. 57.

v. 344.

Ἀλλ' ἐνόησε — Ἀθήνη, aliud cogitavit — Minerva. supra v. 242.

v. 345.

Ἔλπετο, ὃν κατὰ θυμόν, existimabat, suo in animo.

V. 346.

Εὐνῆς ἧς ἀλόχου ταρπήμεναι, (pro ταρπῆναι,) ἠδὲ καὶ ὕπνου, Concubitu suæ uxoris satiatum esse, atque etiam somno.

V. 348.

Ἂψ' Ὠκεανοῦ — Ἠριγένειαν Ὦρσεν, ab Oceano — Auroram Oriri fecit.

Ἵν' ἀνθρώποισι φόως φέρῃ, Vid. supra ad v. 245.

Ὦρτο δ' Ὀδυσσεὺς Εὐνῆς ἐκ μαλακῆς, surrexit vero Ulysses Cubili ex molli.

V. 349.

Ἀλόχῳ δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν, conjugi autem accurate mandabat. (pro ἐπέτελλεν.) coll. 361.

V. 350.

Ἤδη μὲν πολέων κεκορήμεθ' (pro κεκορήμεθα) ἀέθλων, jam quidem multis satiati sumus ærumnis.

V. 351.

Πολυκηδέα νόστον, Od. I. 37.

V. 353.

Ἐμὲ Ζεὺς ἄλγεσι καὶ θεοὶ ἄλλοι Ἱέμενον πεδάασκον (Jon. pro ἐπέδων, i. e. ἐδέσμευν) ἐμῆς ἀπὸ πατρίδος αἴης, me Jupiter doloribus & Dii alii Festinantem impediverunt mea a patria terra. Sic vocat τὸ κωλύεσθαι ὑπὸ ἀλγέων, durch allerley Unglück und Noth gefesselt, im Unglück gefangen gehalten und gehindert, werden. ὕπνος, ὅς μ' ἐπέδησε φίλα βλέφαρα, supra v. 17.

V. 354.

Ἐπεὶ ἀμφοτέρω πολυήρατον ἱκόμεθ' εὐνήν, inquit Ulysses ad suam tot votis & precibus sibi optatam & recuperatam Penelopen. ἐπεὶ ῥ' ἥβην πολυήρατον ἱκόμεθ' ἄμφω, Od. O. 365.

V. 355.

Κτήματα μὲν, τά μοι ἐστὶ, κομιζέμεν (pro κομίζειν, & est infinit. loco imperat.) ἐν μεγάροισι, Res eas, quas habeo, cura in domo mea. ἐν μεγάροις pertinet & ad ἐστὶν, & ad κόμιζε, i. e. ἐπιμελοῦ.

V. 356.

Μῆλα δ', ἅ μοι μνηστῆρες — κατέκειραν, Oves autem, quas mihi proci — absumserunt. ὅτι μοι κατεκείρετε οἶκον, Od. X. 36.

Μνηστῆ-

Μνηστῆρες ὑπερφίαλοι, *Od.* Υ. 12.

V. 357.

Πολλὰ μὲν αὐτὸς ἐγὼ ληΐσσομαι, Multa (pecora) quidem ipse colligam prædando, *i. e.* ἀκόντων ἀφέλωμαι, ab invitis rapiam, in oppoſito ad δώσουσι, *v.* 358. & hic non Ithacenſes ſuos, ſed remotiores Samios, Zacynthios, aliosque, & ob id contumaciores, intelligit, quos vi coërcendos eſſe videbat. *Præterea* prædandi ſtudium ex hoſtibus erat eo tempore regium. δμωαὶ δ', ἃς Ἀχιλεὺς ληΐσσατο, ancillæ, quas prædando ceperat, *Il.* Σ. 28. δμώων, οὕς μοι ληΐσσατο δῖος Ὀδυσσεύς, ſervorum, quos mihi (filio & hæredi ſuo) prædando peperit Ulyſſes, *Od.* Α. 398 ergo bellicoſum patrem innuit fuiſſe, qui ſervos ex præda bellica ceperit.

V. 358.

Ἔπαυλος, ου, ὁ, ſtabulum pecuarium, ein Vieh-Hof, ein Ort, wo ein Vieh-Stand iſt.

Εἰσόκε πάντας ἐνιπλήσωσιν ἐπαύλους, donec omnia impleverint ſtabula, σταθμούς, ἐπαύλεις.

V. 359

Πολυδένδρεον ἀγρὸν ἔπειμι, (*pro* εἶμι ἐπὶ ἀγρὸν,) Vide ſupra ad *v.* 139.

V. 360.

Ὀψόμενος πατέρ' ἐσθλὸν, Viſurus patrem bonum.

Ὅ μοι πυκινῶς ἀκάχηται, qui mihi denſe & ſerio triſtatur. ἐπεὶ πυκινῶς ἀκάχημαι, *Od.* Τ. 95.

V. 361.

Σοὶ δὲ, γύναι, τάδ' ἐπιτέλλω, Tibi autem, uxor! hæc commendo probe curanda; quæ enumerat in ſeqq. Vid. ſupra ad *v.* 349.

Πινυτῇ περ ἐούσῃ, *Od.* Φ. 103.

V. 362.

Αὐτίκα γὰρ φάτις εἶσιν κ. τ. λ. Statim enim fama it (ibit) de procis, quos interfeci. αἰσχυνόμενοι φάτιν ἀνδρῶν, ἠδὲ γυναικῶν, *Od.* Φ. 323.

Ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι, *Od.* Μ. 429.

V. 365.

Ἧσθαι, Sede. ita *Od.* Κ. 507.

Μηδέ τινα προτιόσσεο, μηδ' ἐρέεινε, *i. e.* προσφώνει, ſic Ulyſſes

Ulysses abiens præcipit Penelopæ, ne cuiquam fidat, aut alicujus consilium exquirat. Et cur id vetatur Penelope? ne videatur conscia fuisse cædis, & ne violetur ob eam caussam a quoquam. ita *Od.* Η. 31.

V. 366.

Ἦ, Dixit.

Ἀμφ' ὤμοισιν ἐδύσετο τεύχεα καλά, circa humeros induit arma pulcra.

V. 367.

Ὦρσε —, er munterte sie an.

V. 368.

Πάντας δ' ἔντ' (*pro* ἔντεα) ἀνώγειν ἀρήϊα χερσὶν ἑλέσθαι, Omnesque arma jussit martia manibus sibi sumere.

Ἔντε' — ἀρήϊα, instrumenta — bellica. ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν, supra *v.* 220.

V. 369.

Οἱ δέ οἱ οὐκ ἀπίθησαν, Hi vero ei non inobsequentes fuerunt. ὁ δ' ἄρ οὐκ ἀπίθησεν, *Od.* Ο. 98.

Ἐθωρήσσοντο δὲ χαλκῷ, armabant autem se ferro.

V. 370.

Ὤϊξαν δὲ θύρας, ἐκ δ' ἤϊον, Aperuerunt vero fores, & exibant.

Ἦρχε δ' Ὀδυσσεύς, præibat autem Ulysses.

V. 371.

Ἤδη μὲν φάος ἦεν ἐπὶ χθόνα, Jam quidem lux erat super terram: notatur *h. l.* primum diluculum matutinum.

V. 372.

Τοὺς δ' ἄρ' Ἀθήνη Νυκτὶ κατακρύψασα θοῶς ἐξῆγε πόληος, illos autem Minerva Caligine nocturna cooperiens celeriter eduxit ex urbe.

IN

IN Ω. ODYSSEÆ.

v. 1.

Κυλλήνιος, a Κυλλήνη, ης, ἡ, mons Arcadiæ, in ea regione maximus, etiam urbs ad eum montem. Ibi natus dicitur *Mercurius*, ex Μαῖα, filia Atlantis: unde vocatus Κυλλήνιος, & *per Sync.* Κυλλιος.

Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς — ἐξεκαλεῖτο, Mercurius autem animas — evocabat, ne larvæ moleſtæ eſſent in domo nepotis ſui: erat enim abavus Ulyſſis.

v. 2 — 4.

Vid. ad *Od.* E. 47. 48.

v. 5.

Τῇ ῥ' ἆγε κινήσας, Hac ducebat vadere faciens. κινεῖν *h. l.* eſt in ſignificatu omnium primo, gehend machen. κινήσας δὲ θύρην, *Od.* X. 394.

Ταὶ δὲ τρίζουσαι ἕποντο, illæ (animæ) autem ſtridentes luctu ſequebantur Mercurium, deductorem ſuum ad inferos. τετρίγει (plusq. perf. Med.) νῶτα δεξαμενων ἀπὸ χειρῶν, *Il.* Ψ. 714. ubi ſermo eſt de luctatoribus, qui ita valide apprehendebant alter alterius nudum tergum, ut id ſtrideret. τοὺς καλήθεις ἐλεεινὰ τετριγῶτας, de paſſerculis, quos ingens ſerpens correptos devorabat, miſerabiliter pipilantes, *Il.* B. 314. ψυχὴ τετριγυῖα, *Il.* Ψ. 101. de anima, quæ apparuerat, abeunte rurſus cum gemitu & indignatione.

v. 6.

Ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες —: parabola de iis, ſimulque de hiſtoria earum naturali: dormiunt enim minimum, & ſolent cohærere ſibi invicem. ἐχόμην ὡς νυκτερὶς, *Od* M. 433.] „Recte,„ inquit *Barneſius*, „*Manium* umbras *Veſpertilionibus* confert; quod non niſi Noctu appareant, „quod minime dormiant, quod *Stridorem* edant, quod „nec *Animalia* nec *Inanimata* ſint.„ Earundemque explicationum meminit & *Euſtathius.* Atqui videtur Poëta Animarum Stridorem ſolummodo depingere voluiſſe. CLARK. Vid. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 392. *ſqq.*

Μυχῷ

Μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο, *Od.* N. 363.

V. 7.

Ποτέω, volo, as. τρίζουσαι ποτέονται, ftridentes circumvolant.

Ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃσιν, (*pro* ἀποπέσῃ,) fi qua decidat.

V. 8.

Ὁρμαθὸς, ῦ, ὁ, feries connexa, catenata feries.

Ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, κ. τ. λ. de vefpertilionibus, in antro faxi latentibus: & dubium eft, an ὁρμαθὸς fit feries quædam connexa, qua cohærent invicem vefpertiliones, ficut apes folent poft examen ductum; ut fit: fi forte aliqua deciderit a cohæfione & ex faxi fuperiore parte; an vero ὁρμαθὸς fit latibulum, rima faxi: nam hæc fignificatio quoque in ufu eft. Ceterum eft ab εἴρω, necto, conjungo: & pofterior quoque fignificatus inde eft, luftrum, ubi animal fe contrahit, & cui fe adjungit arcte.

Ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται, (*pro* ἀνέχονται ἀλλήλαις,) & furfum cohærent fibi invicem, fie hangen von oben an einander.

V. 9.

Ὣς αἱ τετριγυῖαι ἅμ' ἤϊσαν, Sic illæ ftridentes una ibant.

Ἦχε, *Od.* Υ. 370.

V. 10.

Ἀκακήτης, ου, ὁ, Epith. *Mercurii*, ὁ εἰρηνικὸς καὶ μὴ κακοποιῶν, ἀλλ' εὔδωρος καὶ ἐριούνης: non maleficus, fed beneficus & comis & utilis. Vid etiam ad *Il.* Π. 185.

Κατ' εὐρώεντα κέλευθα, i. e. τὰ σεσηπότα, nam notantur loca putredinis mortuorum: vel & πλατέα, funt enim capacia omnium viventium: vel utrumque fimul, ex more Poëtarum, qui in epithetis formandis fæpe plures, quam unam nominis originem, refpiciunt, ut plures ideas uni voci includant. Vid. ad *Od.* Ψ. 322.

Κέλευθα, *Od.* Υ. 64.

V. 11.

Πὰρ δ' ἴσαν (*pro* πάρεισαν) Ὠκεανοῦ τε ῥοὰς, Præteribant autem Oceanique fluenta

Λευκάς πέτρη, re vera eft locus Epiri, poftea dictus Actium, & incolæ οἱ Λευκάδιοι. Sed Poëta fingit locum

esse prope Orcum, ad ultimas occidentis oras, ubi post occasum solis juga paulisper λευκαινονται adhuc.

v. 12.

Παρ' — Ἤϊσαν, *pro* παρήϊσαν, præteribant.

Ἠελίοιο πύλας, Solis portas: istæ πύλαι notant occasum Solis, αἳ οἷον συγκλείουσαι τὸν ἥλιον κρύπτειν, γενόμενον πρὸς δυσμαῖς. & ubi sol fit ἀφανής.] Il appelle les portes du Soleil la partie occidentale, où le Soleil se couche: car il regarde le couchant comme les portes, par où le Soleil sort pour se precipiter dans l'onde. DAC.

Δῆμον Ὀνείρων, regionem, ubi Somnia habitant apud inferos; populum Somniorum; *quasi* de personis, quæ noctu ad nos veniunt, & quibus ideo convenit locus noctis ad habitationem.] C'est à dire, dans le sejour de la nuit: car c'est de la nuit que viennent les songes. EAD.

v. 13.

Κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα, *Od* Λ. 572.

v. 14.

Ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων, *Il.* Ψ. 72.

v. 19.

Ὣς οἱ μὲν περὶ κεῖνον ὁμίλεον, Sic illi (proci mortui) circa illum (Achillem) congregabantur. οὐθ' ἕνεκ' αἰεὶ ἐνθάδ' ὁμιλέομεν, *Od.* Φ. 156.

Ἀγχίμολον δὲ Ἤλυθ' ἐπὶ (*pro* ἐπήλυθε) ψυχὴ Ἀγαμέμνονος, prope autem Accessit anima Agamemnonis. αγχίμολον *h. l.* de loco. Vid. ad *Od.* X. 205.

v. 21. 22.

Od. Λ. 387. 388.

v. 24.

Πέρι μέν σε φάμεν Διὶ — Ἀνδρῶν ἡρώων φίλον ἔμμεναι, te sane credebamus Jovi — præ viris heroibus carum esse.

v. 26.

Vid. ad *Od.* T. 110.

v. 27.

Δήμῳ ἔνι Τρώων,] *i. e.* in finibus Trojanorum, prope Trojam. *Virgil.* Æneid. I. 99 *Trojæ sub mœnibus altis.* ERN.

Ὅθι πάσχομεν (*pro* ἐπάσχομεν) ἄλγε' Ἀχαιοὶ, ubi mala sufferenda habebamus nos Græci nobiles.

v. 28.

v. 28.

Ἦ τ' ἄρα καὶ σοὶ πρῶτα παραστήσεσθαι ἔμελλε Μοῖρ' ὀλοή, Profecto utique & tibi primum adfutura erat Parca mortifera : Profecto etiam tibi primum institura erat Mors,] Πρῶτα jungendum τῷ ἔμελλε. Ab initio vitæ destinatum tibi erat, ut te quoque invaderet mors. ERN.

v. 29.

Μοῖρ' ὀλοή, *Od.* T. 145.

Μοῖρ' ὀλοή, τὴν οὔτις ἀλεύεται, ὅς κε γένηται,

Mors, quam nemo effugit, qui modo natus sit]

Τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἀδύνατα ἐστι ἀποφυγέειν καὶ Θεῷ. *Herodot. Lib. I.* §. 91. Πᾶσι μὲν γὰρ ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. *Demosthenes, apud Clement Alexandrin. Strom. VI* Οὐδ' ἔστι μοίρας τοῦ χρεὼν τ' ἀπαλλαγή. *Euripid. Hippolyt.* 1256 Inexorabile fatum *Virgil. Georgic. II.* 491. Ineluctabile fatum. *Æneid. VIII.* 334. Neque ulla est Aut magno aut parvo leti fuga. *Horat. Sermon II VI* 94 CLARK. Locus nobilis *Demosthenis* est ex *Or. de Coron. Cap* 28. ERN.

Ἀλεύεται. ἐπειδὴ δοῦρατ' ἀλεύαντο μνηστήρων, *Od.* X. 260.

v. 30.

Ὡς ὄφελες τιμῆς ἀπονήμενος, ἧσπερ ἄνασσες, — (*pro* ἤνασσες,) Utinam debuisses, fruitus honore, quo imperabas, —: *vel* fruitus illa dignitate, qua imperabas, —. (*pro* ἧ, σὺν ἧ, ἐν ἧ,) *i. e.* κερδήσας, καὶ ὄνησίν τινα σχὼν τῆς βασιλείας, ἧς τιμῆς ἕνεκα ἄνασσες. Θρέψε μὲν αὐτὸς κύνας, οὐδ' ἀπόνητο, *Od.* P. 293.] Versio, *Ut debuisti*, nihili est. *Utinam, isto honore fruitus, — apud Trojam fatum obiisses.* ERN.

v. 31.

Θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν. Vid. supra ad *v.* 22.

v. 32. 33.

Vid ad *Od.* Ξ. 369. 370.

v. 34.

Νῦν δ' ἄρα σ' οἰκτίστῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι, Nunc autem attributum tibi erat, *vel* fato constitutum erat, te miserrima morte corripi. Vid. ad *Od.* E. 312.

Οἰκτίστῳ θανάτῳ, *Od.* Ψ. 79. οἰκτίστῳ ὀλέθρῳ.

v. 36.

῎Ολβιε Πηλέος υἱὲ, Felix Pelei fili! ἀμφὶ δὲ λαοὶ ῎Ολβιοι ἔσσονται, *Od.* Ψ. 284.

Θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ, Diis ſimilis Achilles: nam hic Heros fuit formoſiſſimus.

v. 37.

Ἑκὰς ῎Αργεος, longe ab Argo.

v. 39.

Μαρνάμενοι περὶ σεῖο, Pugnantes dè té.

Στροφάλιγγι κονίης, in obvolutione pulveris, in der Umgebung des Sandes und Staubes. ita *Il.* Π. 775.

v. 40.

Κεῖσο (*pro* ῎Εκειεο) μέγας μεγαλωστὶ, Jacebas (mortuus) procerus & ingens in magno terræ ſpatio, du bedecktest einen grossen Raum. ita *ibid.* 776:

Λελασμένος ἱπποσυνάων, oblitus rei equeſtris, utpote cæſus. *ibid.* λελασμένος ὅσσ' ἐπεπόνθει, *Od.* N. 92.

Ἱπποσύνη, *Il.* Δ. 303.

v. 41.

Ἡμεῖς δὲ πρόπαν ἦμαρ ἐμαρνάμεθ', (*pro* ἐμαρνάμεθα,) wir fochten den ganzen Tag fort.

Πάμπαν, *Od.* Ψ. 240.

v. 42.

Οὐδέ κε πάμπαν Παυσάμεθα πτολέμου, neque omnino Deſiiſſemus *vel* Ceſſaſſemus a pugnando.

Εἰ μὴ Ζεὺς λαίλαπι παῦσεν, *ſcil.* ἡμᾶς, niſi Jupiter immiſſa ſubita tempeſtate deſinere *vel* ceſſare feciſſet nos, wenn er nicht dem Gefecht ein Ende gemacht hätte durch ein plötzliches Gewitter mit Sturm. λαίλαπι, *Od.* M. 408.

v. 43.

Ἐπεὶ σ' ἐπὶ νῆας ἐνείκαμεν ἐκ πολέμοιο, poſtquam te in caſtra tulimus ex conflictu.

v. 44.

Κάτθεμεν (*pro* Κατέθεμεν, aor. 2. indic.) ἐν λεχέεσσι, Depoſuimus in lectis.

Καθήραντες χρόα καλὸν, purgantes cutem corporis pulcram. θρόνους - ἠδὲ τραπέζας — κάθαιρον, *Od.* X. 453.

v. 45.

v. 45.

Ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι, Aquaque tepida & oleo. ὕδωρ — λιαρὸν, Od. H. 266.

Ἀλειφαρ, Il. Σ. 351. Ψ. 170. Od. Γ. 408.

Ἀμφὶς, Od. X. 57.

v. 46.

Πολλὰ δέ σ' ἀμφὶς Δάκρυα θερμὰ χέον Δαναοί, multas vero circum te Lacrimas calidas fundebant Danai. δάκρυα δ' ἔκβαλε θερμὰ, Od. T. 362.

Κείροντό τε χαίτας, & desecabant sibi capillos. sic Il. Ψ. 135. 136. de capillis luctus caussa desectis. Conf. NICOLAI *Tract. de Græcorum luctu*, *Cap. X. De capillis tondendis in luctu, & imponendis super mortui pectus.* JUNII *Comment. de Coma*, *Cap. V. de recepto antiquitus in luctu tondendi capita more.*

v. 47.

Μήτηρ δ' ἐξ ἁλὸς ἦλθε σὺν ἀθανάτῃς' ἁλίῃσιν, Mater autem ex mari venit cum immortalibus *Deabus* marinis.

v. 48.

Ἀγγελίης ἀΐουσα, Nuncio audito.

v. 49.

Βοὴ δ' ἐπὶ πόντον ὀρώρει Θεσπεσίη, clamor autem super mare ortus erat Immensus. ἄντρα Θεσπεσίοιο, supra v. 6.

Ὑπὸ δὲ τρόμος ἔλλαβε πάντας Ἀχαιοὺς, infra autem tremor cepit omnes Achivos. Vid. ad Od. Σ. 87.

v. 50.

Ἀναΐξαντες, als sich eilend aufmachende.

Ἔβαν κοίλας ἐπὶ νῆας, conscendissent cavas naves.

v. 51.

Εἰ μὴ ἀνὴρ κατέρυκε, Nisi vir eos detinuisset & prohibuisset.

Παλαιά τε, πολλά τε εἰδὼς, Od. H. 157.

v. 52.

Νέστωρ, οὗ καὶ πρόσθεν ἀρίστη φαίνετο βουλὴ, Nestor, cujus etiam antea *vel* aliàs (sonst schon) optimum videbatur consilium.

v. 53.

Od. Π. 399.

V. 54.

Ἴσχεσθ᾽, (*pro* Ἴσχεσθε,) Ἀργεῖοι, μὴ φεύγετε, κοῦροι Ἀχαιῶν. ita *Il.* Γ. 82. ἴσχεσθ᾽, Ἀργεῖοι, μὴ βάλλετε, κοῦροι Ἀχαιῶν, absistite, ne jaculamini, haltet inn, & deest μάχης, cohibete vos a pugnando. *coll.* 84. ἐν θυμῷ - χαῖρε, καὶ ἴσχεο, *Od.* X. 411.

V. 55.

Μήτηρ ἐξ ἁλὸς ἥδε] Comme s'il leur disoit: ce n'est point ce que vous pensez ; ce ne sont point des monstres, qui sortent de la mer pour vous devorer ; c'est Thetis & ses Nymphes, qui viennent pleurer Achille. DAC.

V. 56.

Οὗ παιδὸς τεθνηότος ἀντιόωσα, ad suum filium mortuum accedens, & affutura ei. οὐκ ἔτ᾽ ἀέθλων Ἄλλων ἀντιάσεις, *Od.* X. 28.

V. 57.

Οἱ δ᾽ ἔσχοντο φόβου μεγάθυμοι Ἀχαιοί, desistebant autem a fuga magnanimi Achivi. sic, οἱ δ᾽ ἔσχοντο μάχης, abstinebant se a pugnando, sie liessen nach, *Il.* Γ. 84.

V. 58.

Ἀμφὶ δέ σ᾽ ἔστησαν κοῦραι ἁλίοιο γέροντος, *i. e.* Νηρέως, γέρων ἅλιος νημερτής, *Od.* P. 140.

V. 59

Οἰκτρ᾽ ὀλοφυρόμεναι, Miserabiliter plorantes: de Nymphis marinis, comitibus Thetidis, lamentantibus Achillem mortuum. Vid. ad *Od.* T. 543.

Περὶ δ᾽ ἄμβροτα εἵματα ἕσσαν, circum autem immortales vestes *tibi* induerunt. ἄμβροτα εἵματα dicuntur vestes pretiosæ. *Od.* H. 260.] Il appelle habits les voiles, les étoffes dont on couvroit, dont on enveloppoit le mort, & ce soin regardoit les personnes de la famille: c'est pourquoi il le donne ici à Thetis & à ses Nymphes, & il appelle ces habits *immortels*, parce qu'ils seroient celebrez à jamais par sa Poësie, & Homere ne s'est pas trompé. DAC.

V. 60.

Μοῦσαι δ᾽ ἐννέα] Hinc *Achillis Epitaphium* in Πέπλῳ, citante

citante *Barnesio*: Θεσσαλὸς οὗτος ἀνὴρ Ἀχιλλεὺς ἐν τῷδε τέθαπται Τυμβῳ. ἐθρήνησαν δ' ἐννέα Πιερίδες. CLARK.

Ἐννέα πᾶσαι] Vide supra ad E. 244. & ad *Il.* Σ. 373. 470 IDEM. Hoc uno in loco *Homeri* commemorari *numerum Musarum*, adnotarunt Veteres. ERN.

Ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ, alternantes voce pulcra: in funere Achillis. *Il.* A. 604. in convivio Deorum.

v. 61.

Θρήνεον, Plangebant. οἵτε στονόεσσαν ἀοιδὴν οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, qui lamentabilem cantionem hi quidem lamentabiliter præcinebant, & mulieres adgemebant succinentes, *Il.* Ω. 721.] Je ne puis me lasser d'admirer ici cette belle fiction d'Homere pour honorer Achille. Quel tableau! Achille étendu sur son lit funebre, & d'un côté Thetis & ses Nymphes, qui le revêtent d'habits magnifiques, & de l'autre les Muses, qui le pleurent tour à tour, & qui mêlent à leurs gemissements son éloge; il n'y a rien de plus grand. Aux funerailles des autres Princes & des plus grands Heros ce sont des femmes, des pleureuses de profession, qu'on paye; pour les funerailles d'Achille ce sont les Muses même, qui font la fonction de pleureuses. DAC.

Ἔνθα κεν οὔτιν' ἀδάκρυτόν γ' ἐνόησας Ἀργείων, ibi sane neminem non flentem animadvertisses *vel* conspexisses Argivorum. ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων, *Il.* A. 415. οὐδ' ἄρα Νέστορος υἱὸς ἀδακρύτω ἔχεν ὄσσε, *Od.* Δ. 186.

v. 62.

Τοῖον, tale quid, lacrimas ciens. Vide ad *Od.* T. 302.

Τοῖον γὰρ ὑπώρορε Μοῦσα λίγεια, tantopere enim commovebat omnes Musa canora. ob metrum, *pro* ὑπόρορε. τῷ δ' ἔτι μᾶλλον ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο, *Od.* Ψ. 231.] Non refragarer, si verteretur: *ita accinebat Musa canora*; talem cantum cœperant Musæ, tam ad movendas lacrimas efficacem. ERN.

Μοῦσα λίγεια. Φόρμιγγα λίγειαν, *Od.* X. 332.

v. 63.

Ἑπτὰ δὲ καὶ δέκα μέν σε ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ Κλαίομεν, Per septendecim autem noctes pariter ac dies te Deflebamus. ὁμῶς, *Od.* Ψ. 332.

v. 65.

Ὀκτωκαιδεκάτῃ δ' ἔδομεν πυρὶ, Decimo octavo autem dedimus te igni, *i. e.* combussimus te mortuum, post luctum septendecim dierum.

Σ' ἀμφὶς, supra *v* 45.

v. 63 — 65.

Tempus exequiarum nulli certo termino adstrictum erat. *Alexander ab Alexandro, Genial. Dier. Lib. III. Cap VII.* scribit, septendecim diebus totidemque noctibus domi servatum fuisse funus, antequam efferretur: quæ ex *Homero* hausisse videtur, qui Achillis corpus per septendecim dies & noctes agitato luctu combustum fuisse tradit. POTT. *Tom. II. p.* 156. add. FEITH. *Lib. I. C. XIII. §. VII.*

v. 66.

Μῆλα κατεκτείνομεν μάλα πίονα, Pecora jugulavimus valde pinguia.

Καὶ ἕλικας βοῦς, Vid. ad *Od.* X. 292.

v. 67.

Καίεο (*pro* Ἐκαίεο, imperf. Pass.) *δ' ἐν τ' ἐσθῆτι θεῶν, καὶ ἀλείφατι πολλῷ*, Comburebaris in divina veste, quam mater Thetis dederat, & unguento multo. Vide supra ad *v.* 45.

v. 68.

Καὶ μέλιτι γλυκερῷ, Et melle dulci.

v. 66 — 68.

Ad pyram *mactatæ* complures *victimæ* ab Achille, *ac combustæ*; quod & in ejus exsequiis præstiterunt Achivi — Sed hoc singulare quod Achilles adipe ex cæsis animalibus sumto, cadaver Patrocli oblevit, circumquaque excoriata corpora accumulans. Adjecit mellis & olei amphoras quatuor; uti & ipse combustus fuit. FEITH. *L. I C. XIV. §. III.*

v. 69.

Πολλοὶ δ' ἥρωες Ἀχαιοὶ (*σὺν*) *Τεύχεσιν ἐῤῥώσαντο πυρὴν πέρι καιομένοιο*, multi vero heroes Achivi (cum) Armis decurrebant (*ἐῤῥωμένως ἐκινήθησαν*) circa rogum ardentis. *γοῦνατα δ' ἐῤῥώσαντο*; *Od.* Ψ. 3.

Πυρὴν, *Od.* Λ. 31.

v. 70.

v. 70.

Πεζοί δ' ἱππῆές τε, Peditesque equitesque, *Il* Β. 810. Πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει, magnus autem ſtrepitus excitabatur. *ibid.*

v. 71.

Ἐπεὶ δή σε φλὸξ ἤνυσεν Ἡφαίστοιο, poſtquam te flamma abſumſit Vulcani, ἐτελείωσέ σε, ἔκαυσε. οὐ γάρ οἴω, — ἀνύσσεσθαι τάδε ἔργα, *Od.* Π. 373.

Φλὸξ - Ἡφαίστοιο, ita *Il.* Ι. 464.

v. 72.

Ἠῶθεν δή τοι λέγομεν (*pro* ἐλέγομεν) λεύκ' ὀστέ', Ἀχιλλεῦ, Primo mane (nam per noctem ardebat rogus) legebamus oſſa tua alba, Achilles! reliqua poſt combuſtionem corporis tui mortui.

Ἠῶθεν, *Od.* Φ. 280.

v. 73.

Οἴνῳ ἐν ἀκρήτῳ, Vino in puro & delectabili. ἄκρητον γάλα, *Od.* Ι. 297.

Οἴνῳ ἐν ἀκρήτῳ καὶ ἀλείφατι, oſſa vino conſperguntur, ut refrigeſcant ex rogo; & unguntur collecta oleo, ut diutius in urna perdurent.

v. 71 — 73.

Vino ablui, & mox peracta ablutione, oleo condiri ſolebant oſſa. Illud officium ejus oſſibus perſolutum fuiſſe Achilli, nunciat *h. l.* Agamemnon. Patrocli oſſa adipe incluſa dicuntur *Il.* Ψ. 252. 253.

Κλαίοντες δ' ἑτάροιο ἐνηέος ὀστέα λευκὰ
Ἄλλεγον ἐς χρυσέην φιάλην καὶ δίπλακα δημόν.
Flentes vero ſocii mitis oſſa alba
Collegerunt in auream phialam & duplicem adipem.

POTT. *Tom. II. p.* 175.

v. 74.

Δῶκε δὲ μήτηρ χρύσεον ἀμφιφορῆα, dedit autem mater Auream amphoram, Vid. ad *Il.* Ψ. 92.

Διωνύσοιο δὲ δῶρον φάσκ' ἔμεναι, ἔργον δὲ περικλυτοῦ Ἡφαίστοιο, Bacchi vero donum Dicebat eſſe, opus autem inclyti Vulcani: *i. e.* vinum ex eo antea bibi ſolebat, & factus erat artificioſe per ignem.

v. 76.

Ἐν τῷ τοι κεῖται λευκ' ὀστέα, In hac (amphora) condita sunt alba ossa tua.

v. 77.

Μίγδα δὲ, Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος, Promiscue, Patrocli Menoetiadæ mortui. μίγδα ἄλλοις Θεοῖς, in cœtu aliorum Deorum, *Il.* Θ. 437] Ita nimirum præceperat ipse *Achilles*, *Il.* Ψ. 238 43. CLARK.

v. 78.

χωρὶς δ', Ἀντιλόχοιο, Separatim autem, Antilochi, *sc.* ossa & cineres. Opponitur τῷ μίγδα, permixtim. χωρὶς, *Od* I. 221.

Τὸν ἔξοχα τῖες (*pro* ἐτίεις) ἁπάντων Τῶν ἄλλων ἑτάρων, quem carum habebas & magni faciebas præ omnibus Aliis sociis. Vid. ad *Od.* T. 247.

v. 76 — 79.

Patroclus, post mortem Achilli ostensus, eum obnixe rogat, ut ipsius ossa in eodem tumulo, quem sibi ipsi destinarat, condere dignetur, *Il.* Ψ. & Achille defuncto, cineres amici sui Antilochi in eadem urna cum suis ponuntur a Græcis, imo illi Patrocli non tantum in eodem vase injecti, sed una mixti fuerunt, quemadmodum Agamemnonis manes, quum in inferis ei occursarent, eidem referunt. POTT. *Tom. II. p.* 177.

v. 80.

Ἔπειτα μέγαν καὶ ἀμύμονα τύμβον Χεύαμεν, postea magnum & pulcrum monumentum sepulcrale Congessimus.] Ita videlicet (uti notavit Dn. *Dacier*) Græcis mandaverat *Achilles*, quum *Patrocli* exequias celebrabat, *Il.* Ψ. 245. Porro *Achillis* tumulum ad *Sigeum* Promontorium extitisse refert *Strabo*, *Geogr. Lib. XIII.* CLARK.

v. 81.

Ἀργείων ἱερὸς στρατὸς, Græcorum sacer exercitus ad Trojam: nam erat magnus, & pium gerebat bellum.] Ἱερὸν δὲ στρατὸν λέγει τὸν Ἑλληνικὸν, ὡς ὑπὲρ ἀρετῆς πολυπτυσσοντα τὸν δεκαετῆ ἐκεῖνον πόλεμον. *Eustath.* Videtur autem Epitheton hoc, sicut δῖος, & similia, rem quacunque de caussa insignem denotare. CLARK.

Ἀργείων — αἰχμητάων, Vid. ad *Od.* Λ. 558.

v. 82.

v. 82.

'Ακτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ, (*pro* προεχούσῃ,) Littore in prætento: ἐπὶ προὔχοντι μελάθρῳ, *Od.* T. 544.

'Ακτή, *Od.* O. 36.

'Επὶ πλατεῖ 'Ελλησπόντῳ, ad Hellespontum, ibi, ubi is amplus fit & latus, da, wo der Hellespont breit und weit ist, non vero ibi, ubi in angustum cogitur: nam duplex est Hellespontus, unus angustior, alter latior. ita *Il.* H. 86.

v. 83.

Τηλεφανής, ἐος, ὁ, ἡ, procul apparens & conspicuus.

'Ως κεν (τύμβος) τηλεφανὴς ἐκ ποντόφιν ἀνδράσιν εἴη, ut (monumentum sepulcrale) longe ex ponto a viris conspici posset, das weit gesehen werden könnte.

v. 84.

Τοῖς, οἳ νῦν γεγάασι, Ab iis, qui nunc nati sunt, *i. e.* existunt. παῖδα νέον γεγαῶτα, *Od.* T. 400.

Καὶ οἳ μετόπισθεν ἔσονται, & a posteris. αὐτῷ τοι μετόπισθ' ἄχος ἔσσεται, *Od.* X. 345.

v. 85.

Μήτηρ δ' — περικαλλέ' ἄεθλα θῆκε, Mater autem — perpulcra certamina Posuit *vel* Proposuit.

'Αιτήσασα θεούς, Diis veniam rogatis.

v. 86.

Μέσῳ ἐν ἀγῶνι, medio in circo.

'Αριστήεσσιν 'Αχαιῶν, Vid. ad *Od.* Φ. 170.

v. 87.

'Ήδη μὲν πολέων τάφῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησα 'Ηρώων, Jam quidem multorum festivitatibus funeralibus interfui Magnorum principum. Certamina nobilium in honorem mortui comburendi aut combusti memorantur, & ludi funebres. Ergo τάφος non epulum modo, sed & ludos illos, significat, una cum ipsis exsequiis. Quantum vero operæ impenderint antiqui in τάφῳ Heroum, apparet ex funere Patrocli & Hectoris: vide e. c. *Il.* Ω. 795. *sqq.* ubi pretiosa vasa adhibita, & ex funere Achillis *h. l.*

'Αντεβόλησα. ἤ σοι ἀντεβόλησεν, *Od.* X. 360.

v. 88.

v. 88.

Ἀποφθιμένε βασιλῆος, mortuo viro claro, wenn ein grosser Herr gestorben. ἀπὸ δ' ἔφθιθεν ἐσθλοὶ ἑταῖροι, *Od.* Ψ. 331.

v. 89.

Ζώννυνταί τε νέοι, Cinguntque se juvenes, *sc.* ad certamina ludicra.

Ἐπεντύνω, *idem quod* ἐντύνω, paro, præparo, apparo, instruo.

Καὶ ἐπεντύνονται ἄεθλα, & parant se ad præmia certaminum consequenda. *coll.* 91.

v. 90.

Ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ἰδὼν ἐτεθήπεα θυμῷ, Sed sane illa videns maxime admiratus cum stupore sum. Alii legunt, ἐτεθήπεας, admiratus fuisses; Alii, ἐτεθήπεο, quod quoque est, ἐθαύμασας ἄν, & est *Dorice:* nam Dores faciunt ex perfecto Medii, vel & Activi, novum verbum, ut hic ex τέθηπα, τεθήπω, & τεθήπομαι, cujus imperf. ἐτεθηπόμην, ἐτεθήπεσο, &, extruso sigma, ἐτεθήπεο. Alii legunt, θηήσαο, a θηέομαι, spectasses cum admiratione: & omnino præstare videtur persona secunda in hoc contextu. θυμός μοι ἐνὶ στήθεσσι τέθηπεν, *Od.* Ψ. 105.

v. 91.

Οἷ' ἐπὶ σοὶ κατέθηκε Θεὰ περικαλλέ' ἄεθλα, Qualia in tui honorem posuit Dea certaminum præmia.

v 85 — 92.

Suorum amicorum funera ludis omnigenisque certaminibus celebrare olim solebant viri genere clari. Vulgaris autem fuit hæc consuetudo, & ab antiquis Scriptoribus frequenter memoratur: exemplo sunt Miltiadis apud *Herodotum*, Brasidæ apud *Thucydidem*, Timoleontis vero apud *Plutarchum*, pluriumque aliorum funera. Antiquissimus autem fuit mos iste; *Homeri* enim *Iliadem* Ψ. maximam partem conficiunt Patrocli ludi funebres: pariter innumeris hujusmodi solennibus se interfuisse, Achillis manibus Agamemnonis anima dixisse *h. l.* inducitur. POTT. *Tom. II. p.* 186. *sq.*

v. 93.

v. 93.

Ὣς σὺ μὲν οὐδὲ θανὼν ὄνομ' ὤλεσας, Sic tu quidem neque mortuus nomen celebre amisisti.

v. 95.

Αὐτὰρ ἐμοὶ τί τόδ' ἧδος; At mihi quæ est inde oblectatio? οὐδέ τι δαιτὸς Ἐσθλῆς ἔσσεται ἧδος, *Od.* Σ. 403] Sed mihi quæ *talis* voluptas contigit, exantlato bello? ERN.

Ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσα, quod bellum confeci, κατηργασάμην. Vid. ad *Od.* Ξ. 368.

v. 96.

Ἐν νόστῳ γάρ μοι Ζεὺς μήσατο λυγρὸν ὄλεθρον, In reditu enim mihi Jupiter struxit mortem: loquitur anima Agamemnonis, & id ad Jovem refert, quod Ægisthus fecit; nam sine Dei consilio nihil omnino fieri potest. ὅς δὴ τοῖσιν ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον, *Od.* K. 115.

v. 97.

Αἰγίσθου ὑπὸ χερσὶ, καὶ οὐλομένης ἀλόχοιο,] Vid. supra ad *Od.* Λ. 408. &c. ubi historiam hanc fusius *Ulyssi* narrat *Agamemnon.* CLARK.

v. 99.

Ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε, Vid. supra ad *v.* 19.

Διάκτορος Ἀργειφόντης, *Od.* E. 43.

v. 100.

Ψυχὰς μνηστήρων κατάγων, Animas procorum ad inferos deducens.

Ὀδυσσῆϊ δαμέντων, ab Ulysse occisorum.

v. 101.

Τὼ δ' ἄρα θαμβήσαντ', (*pro* θαμβήσαντε,) Illi autem stupefacti. ἡ μὲν θαμβήσασα, *Od.* Φ. 354] *Achilles* & *Agamemnon.* CLARK. Hi autem admirati recta adierunt &c. Admirabantur multitudinem, &, quid rei esset scire cupientes, adierunt percunctandi causa. ERN.

Ὡς ἐσιδέτην, postquam ambo viderunt.

v. 104.

Ἰθάκῃ ἔνι οἰκία ναίων, in Ithaca habitans. Vid. ad *Od.* Υ. 288.

v. 106.

Τί παθόντες ἐρεμνὴν γαῖαν ἔδυτε; quid accidit vobis, ut nigram terram subiretis mortui? ἐρεμνῇ νυκτὶ ἐοικὼς, *Od.* Λ. 605.

v. 107.

v. 107.

Πάντες κεκριμένοι καὶ ὁμήλικες, Omnes electi & æquales.
Κεκριμένοι, *Od.* Π. 248.

Ὁμήλικες. νῦν δὴ τὸ ἄναιλος ὁμήλικα, *Od.* Τ. 358.

Οὐδέ κεν ἄλλος] MS. a *Th. Bentleio* collatus, οὐδέ κεν ἄλλως. Cujus lectionis & *Eustathius* meminit. CLARK. Ego ἄλλως prætulerim. *Nec enim temere*, seu *facile*, *legat quis delectum agens tam egregios viros ex universa urbe.* Hic est sensus loci, isque commodus. At ἄλλος vix commodam interpretationem habet Scriptura antiqua τῦ o pro ω fallere potuit. de ἄλλως supra dictum. ERN.

v. 108.

Οὐδέ κεν ἄλλος Κρινάμενος λέξαιτο κατὰ πτόλιν ἄνδρας ἀρίστους, nec sane quis Seligens eligeret per civitatem viros præstantissimos: nemo meliores legeret, si seligeret ex civitate præstantissimos; nam κρῖναι & λέξασθαι sunt idem, sicut & κριτὸς καὶ λεκτός.

Λέξαιτο, *pro* ἐκλέξαιτο, er könnte auslesen.

v. 109.

Ἦ ὔμμ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσεν; Num vos in navibus Neptunus interemit?

v. 110.

Ὄρσας ἀργαλέους ἀνέμους καὶ κύματα μακρά, Postquam oriri fecit *vel* concitavit validos ventos & fluctus excelsos.

v. 111 — 113.

Vid. ad *Od.* Λ. 400 — 402.

v. 115.

Ἦ οὐ μέμνῃ; Oder weißest du nicht noch? *Il.* Ο. 18.

Ὅτε κεῖσε κατήλυθον ὑμέτερον δῶ, (*pro* δῶμα,) cum eo veni (*sc.* εἰς Ἰθάκην,) ad vestram domum.

v. 116.

Ὀτρυνέων Ὀδυσῆα, Incitaturus Ulyssem

v. 117.

Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕπεσθαι, Ad Ilium una ire.

Εὐσσέλμων ἐπὶ νηῶν, Vid. ad *Od.* Τ. 243.

v. 118.

Μηνὶ δ' ἄρ' οὔλῳ πάντα περήσαμεν εὐρέα πόντον, Mense autem integro totum transmisimus latum mare.

Μηνὶ — οὔλῳ, Mense — toto, οὔλῳ· ὅλον τ' οὖλον ἐλαὶν, *Od.* Ρ. 343.

V. 119.

Σπουδῇ παρπεπιθόντες Ὀδυσσῆα, Postquam multa opera tandem permovimus Ulyssem verbis nostris. sic, σπουδῇ παρπεπιθόντες, ἑταίρου χωόμενον κῆρ, multo studio adhibito persuadentes ei, irato ob sodalem suum, *Il.* Ψ. 37. *coll.* 40. μή σ' ἐπέεσσι παρεμπεπίθησιν Ὀδυσσεὺς, *Od.* Χ. 213.

Σπουδῇ, *i. e.* μόλις καὶ δυσχερῶς, mit vieler Mühe. ἄτερ σπουδῆς τάνυσε μέγα τόξον Ὀδυσσεὺς, *Od.* Φ. 409.

Πτολίπορθος, *Ulyssis* Epith.

V. 121.

Od. Λ. 396.

V. 122.

Μέμνημαι τάδε πάντα, Ich weiß das alles noch.

Ἀτρεκέως καταλέξω, Vid. ad *Od.* Π. 137.

V. 123.

Ἡμετέρου θανάτοιο κακὸν τέλος, οἷον ἐτύχθη, Nostram malam mortem, quomodo parata nobis fuerit. νόστοιο τέλος, *Od.* Χ. 323.

Ἐτύχθη, *Od.* Φ. 303.

V. 124.

Μνώμεθ' Ὀδυσσῆος δὴν οἰχομένοιο δάμαρτα, Ambiebamus Ulyssis diu absentis uxorem. Vid. ad *Od.* Τ. 290.

V. 125.

Ἡ δ' οὐδ' ἠρνεῖτο στυγερὸν γάμον, οὔτ' ἐτελεύτα, Sed illa neque recusabat odiosas sibi nuptias, neque faciebat: de Penelope. sic de eadem *Od.* Π. 126.

V. 126.

Ἡμῖν φραζομένη θάνατον καὶ κῆρας μέλαιναν, Nobis meditans mortem & fatum atrum.

V. 127.

Ἀλλὰ δόλον τόνδ' ἄλλον ἐνὶ φρεσὶ μερμήριξε. Sed dolum hunc alium in mente excogitavit.

V. 128 — 142.

Vid. ad *Od.* Τ. 139 — 153.

V. 143.

Ἡ σάφα ᾔδη, quæ perspectum id habebat, die es gewiß und genau wußte. οὐ σάφα οἶδα, *Od.* Ρ. 373.

V. 144.

Καὶ τήνγ' ἀλλύουσαν (*pro* ἀναλύουσαν) ἐφεύρομεν ἀγλαὸν ἱστόν,

ἱστὸν, Et ipsam resolventem invenimus telam, cujus ars erat admiranda & præstans. *Od.* B. 109.

v. 145.

Vid. ad *Od.* T. 156.

v. 146.

Εὖθ' ἡ φᾶρος ἔδειξεν,] Cum primum autem illa vestem detextam & lotam protulit in conspectum & probavit. ERN.

Ὑφήνασα μέγαν ἱστὸν, Vid. ad *v.* 138.

v. 147.

Πλύνασ', (*pro* Πλύνασα,) Postquam lavit eam vestem. πλυνούσῃ, *Od.* O. 419.

Ἠελίῳ ἐναλίγκιον, ἠὲ σελήνῃ, soli similem, vel lunæ.

v. 148.

Ὀδυσῆα κακός ποθεν ἤγαγε δαίμων, Ulyssem mala alicunde adduxit fortuna.

v. 149.

Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιὴν, Ad remotam & non procul ab extremo sitam villam. Vid. ad *Od.* Σ. 357.

Ὅθι δώματα ναῖε, Vid. supra ad *v.* 104.

v. 151.

Πύλου ἠμαθόεντος, Vid. ad *Od.* Λ. 256.

v. 152.

Τὼ δὲ μνηστῆρσιν θάνατον κακὸν ἀρτύναντε, Hi ambo autem procis mortem malam apparantes. ἀρτύναντες λόχον, *Od.* Ξ. 469.

v. 154.

Ὕστερος Ὀδυσσεὺς, Posterior Ulysses. ὕστερα ταῦτα πένεσθαι, *Od.* Π. 319.

Τηλέμαχος προόδ' ἡγεμόνευε, *Od.* X. 400.

v. 155.

Κακὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα, *Od.* Ψ. 95.

v. 156. 157.

Vid. ad *Od.* P. 337. 338.

v. 159.

Ἐξαπίνης, *Od.* Φ. 196.

Ἐξαπίνης προφανέντ' (*pro* προφανέντα,) Subito apparentem. καὶ δὴ προύφαινετο πᾶσα, *Od.* N. 169.

Οὐδ' οἳ προγενέστεροι ἦσαν, neque qui ſeniores erant. κήρυξ ὀλίγον προγενέστερος αὐτοῦ, *Od.* Τ. 244.

v. 160.

Ἀλλ' ἔπεσίν τε κακοῖσιν ἐνίσσομεν, ἠδὲ βολῇσιν, Sed verbisque malis increpabamus eum, & jactibus, wir fuhren ihn mit loſen Worten an, und wurfen nach ihm mit Knochen und Hölzern. Vides unum verbum inter duo nomina diverſiſſimæ ſpeciei. *coll.* 162. ἐκακολογοῦμεν. Ergo ἐνίσσειν in duro ſenſu eſt, ἔπεσιν ἐπιπλήττειν. ἠνίπαπε μύθῳ, *Od.* Υ. 303.

Βολῇσιν, (*pro* βολαῖς,) jactibus. ſubintell. ἐβάλλομεν: βολαῖς ταῖς διὰ ὀστέων καὶ ξύλων.

v. 161.

Αὐτὰρ ὁ τέως μὲν ἐτόλμα, At ille interim tolerabat conſtanter, er hatte bey dem allem und ſo lang, Faßung genug.

Τέως, *Od.* Σ. 189.

Ἐτόλμα, i. e. ἐκαρτέρει καὶ ὑπέμεινε, er vertrug es gedultig. σὺ δ' ἐτόλμας, *Od.* Υ. 20.

v. 162.

Βαλλόμενος καὶ ἐνισσόμενος, Percuſſus & objurgatus. *coll.* 160. θυγατέρεσσι καὶ υἱάσι ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνισσέμεν, *Il.* Ο. 198. τὸν χερσὶν πεπληγὼς, καὶ ὀνειδείοισιν (ἔπεσιν) ἐνίσσων, *Il.* Χ. 497.

Τετληότι θυμῷ, *Od.* Ψ. 168.

v. 164.

Τεύχε' ἀείρας, arma aſportans.

v. 165.

Ἐς θάλαμον κατέθηκε, In thalamum repoſuit.

Καὶ ἐκλήϊσεν ὀχῆας, & obdebat peſſulum valvis, & occluſit feras. Vid. ad *Od.* Φ. 387.

Ὀχῆας, *ibid.* 47.

v. 166.

Πολυκέρδεια, ας, ἡ, magna prudentia agendi commode & dextre. a πολυκερδὴς, *Od.* Ν. 255.

Πολυκερδείῃσιν ἄνωγε, magno aſtu jubebat id fieri: & reſpectu procorum erat δόλος, reſpectu Ulyſſis utile & callidum inventum.

v. 167.

Od. Φ. 81.

v. 168.

Ἡμῖν δυσμόροισιν, Nobis infelicibus, *Od.* Ι. 53.

Ἀέθλια, videtur *b. l.* positum pro τὸν ἄεθλον, certamen. *Od.* Φ. 117.

Φόνε ἀρχὴν, *Od.* Φ. 4.

v. 169.

Κρατεροῖο βιοῖο, validi arcus.

v. 170.

Νευρὴν ἐντανύσαι, dran spannen die Sene an das andere Horn des Bogens, und auf solche Art den Bogen spannen. *Od.* Τ. 587.

Πολλὸν δ' ἐπιδευέες ἦμεν, wir waren weit davon entfernet, es fehlete uns viel daran. εἰ δὴ τοσσονδε βίης ἐπιδευέες εἰμὲν Ὀδυσῆος, *Od.* Φ. 253.

v. 172.

Ἔνθ' ἡμεῖς μὲν πάντες ὁμοκλέομεν ἐπέεσσι, Tunc nos quidem omnes inclamabamus minaciter verbis: inquiunt proci mortui. Vid. ad *Od.* Χ. 211.

v. 173.

Μηδ' εἰ μάλα πόλλ' ἀγορεύοι, ne quidem, si vel multa diceret.

v. 174.

Ἐποτρύνων, incitans.

v. 176.

Od. Φ. 328.

v. 177.

Στῆ δ' ἄρ ἐπ' οὐδὸν ἰὼν, Stetit autem ad limen *vel* ad januam accedens, *Od.* Υ. 128.

Ταχέας δ' ἐκχευατ' οἰςὺς, *Od.* Χ. 3.

v. 178.

Δεινὸν παπταίνων, de Ulysse, sagittis petente procos; er zielete scharf, ita *Od.* Λ. 607.

v. 179.

Ἄλλοις ἐφίει βέλεα, contra alios jaciebat sagittas, aliis immisit tela.

Βέλεα στονόεντα, tela tristia, & morientium gemitus cientia. στονόεντας οἰςοὶ, *Od.* Φ. 60.

v. 180.

v. 180.

Ἄντα τιτυσκόμενος, Contra eos collineans & nitens. Vid. ad *Od.* X. 266.

Τοὶ δ' ἀγχιστῖνοι ἔπιπτον, *Od.* X. 118.

v. 181.

Γνωτὸν δ' ἦν, Cognitum enim erat cuivis.

Ὅ ῥά τίς σφι Θεῶν ἐπιτάῤῥοθος ἦεν, quod aliquis ipsis Deorum auxiliator esset. τοίη σοὶ ἐγὼν ἐπιτάῤῥοθός εἰμι, *Il.* E. 808. Vid. etiam ad *Il.* Φ. 289. & M. 180.

v. 182.

Ἐπισπόμενοι μένεϊ σφῷ, *Od.* P. 431.

v. 183. 184.

Vid. ad *Od.* X. 308. 309.

v. 186.

Σώματ' ἀκηδέα κεῖται, Corpora insepulta jacent, ἀτημέλητα, ἀκήδευτα, ad sepeliendum nondum curata. ἢ ἄνταλος κεῖται ἀκηδής; *Od.* Y. 130.

v. 188.

Οἵ κ' ἀπονίψαντες μέλανα βρότον ἐξ ὠτειλέων, Qui lavantes cruorem vulnerum ex corporibus occisorum. ἀπονιψάμενοι χεῖράς τε πόδας τε, *Od.* X. 478.

Βρότος, ε, ὁ, inquinatio a cruore, μολυσμὸς ἐκ τοῦ ῥέοντος αἵματος. *Il.* H. 425.

Ὠτειλέων, *Jon.* pro ὠτειλῶν.

v. 189.

Καταθείμενοι (*pro* Καταθέμενοι) γοάοιεν, Deponentes in terra lugerent voce lamentabili & fracta, mortuos.

Ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, hoc enim est præcipuum donum, quod datur mortuis in honorem, *sc.* τύμβος, καὶ στήλη: die Ehre, so dem verstorbnen zu guter Letze erwiesen wird, τὸ ἀποιμωχθῆναι, ταφῆναι.

v. 191.

Ὄλβιε Λαέρταο παῖ, Felix Laërtæ fili! Vide supra ad v. 36.

v. 192.

Ἦ ἄρα σὺν μεγάλῃ ἀρετῇ ἐκτήσω ἄκοιτιν, Profecto cum magna felicitate nactus es uxorem, cum magna εὐτυχίᾳ καὶ εὐδαιμονίᾳ & præcipua tua præstantia conjugem habes:

fic enim explicat *Euſtathius*, ut felicitas fit ex parte ducentis talem. Confer tamen *v.* 196.

v. 193.

Ὡς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἀμύμονι Πηνελοπείῃ, Quam bonum ingenium erat eximiæ Penelopæ!

v. 194.

Ὡς εὖ μέμνητ' Ὀδυσῆος, quam bene meminerat Ulyſſis! *pro* ἐμέμνητο. plusq. perf. Paſſ.

v. 195.

Ἀνδρὸς κουριδίου, Vid. ad *Od.* Υ. 150.

Τῷ οἱ κλέος οὔποτ' ὀλεῖται, ideo de ea fama nunquam peribit, de ea memoria nunquam erit vana.

v. 196.

Τῷ οἱ κλέος οὔποτ' ὀλεῖται Ἧς ἀρετῆς, ideo ejus fama nunquam peribit Suæ virtutis & præſtantiæ, *ſc.* Penelopes. ἀρετῆς *h. l.* manifeſto eſt, φρονήσεως καὶ σωφροσύνης.

Τεύξουσι δ' ἐπιχθονίοισιν ἀοιδὴν Ἀθάνατοι χαρίεσσαν — Πηνελοπείῃ, parabunt autem mortalibus cantum Immortales gratum — Penelopæ: *i. e.* homines canent aſſidue de eximia Penelope.

Ἀοιδὴν — χαρίεσσαν, laudationem — bellam: & hanc ἀοιδὴν cecinit optime æternus Homerus.

v. 197.

Ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ, *Od.* Π, 130.

v. 198.

Τυνδαρέου κούρη, Tyndarei filia, Clytæmneſtra.

Κακὰ μήσατο ἔργα, mala molita eſt opera, occidendo virum. ἐν νόστῳ γάρ μοι Ζεὺς μήσατο λυγρὸν ὄλεθρον, ſupra *v.* 96.

v. 199.

Κουρίδιον κτείνασα πόσιν, Cui virgo nupſit, interficiens maritum. Vid. ad *v.* 195.

Στυγερὴ δὲ ἀοιδὴ Ἔσσετ' ἐπ' ἀνθρώπους, de Clytemneſtra: hæc regina autem odioſa celebratio Erit inter homines, male de ea dicetur; horrenda narratio Erit apud homines: ſie wird ein entſetzlich Lied bey jedermann bleiben. στυγερὸν γάμον, ſupra *v.* 125.

v. 200.

Χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὀπάσσει — γυναιξὶ, gravem autem & diram

diram famam conciliavit — mulieribus: de Clytæmnestra, uxore Agamemnonis incesta & crudeli, quæ gravem opinionem omnium fecit de mulieribus. *coll.* 199. ubi idem vocatur στυγερὴ ἀοιδή. ἐυνὴν τ' αἰδομένη πόσιος, δήμοιό τε φῆμιν, *Od.* T. 527.

V. 201.

Θηλυτέρῃσι γυναιξὶ, κ. τ. λ. *Od.* O. 421.

V. 203.

Ἑσταότ' (*pro* Ἑσταότε) ἐν Ἀΐδαο δόμοις, ὑπὸ κεύθεσι γαίης, Agamemnonis & Amphimedontis anima. νῦν δὲ σὺ μὲν Ἀΐδαο δόμους ὑπὸ κεύθεσι γαίης ἔρχεαι, at nunc tu quidem abis ad domos Plutonis sub occultis terræ sinubus sitas: inquit Andromache de mortuo suo Hectore, *Il.* X. 482.

Κεῦθος, εος, τὸ, locus subterraneus, quo quid occulitur & reponitur. *deinde* & quævis occultatio rei; specus obscurus.

V. 204.

Οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν, (*pro* κατέβησαν,) Illi autem postquam ex urbe exierunt,] *Ulysses* videlicet & *Telemachus* cum duobus Servis. Redit enim jam Poëta, ut recte notat *Spondanus*, ad institutam narrationem de Ulysse (unde digressus est supra Libri superioris fine;) cujus adventum in agrum Laërtis exponit. CLARK.

V. 205.

Ἀγρὸν — τετυγμένον, agrum — bene institutum & cultum. Διὸς - βωμὸν - τετυγμένον, *Od.* X. 335.

V. 206.

Ὅν ῥά ποτ' αὐτὸς Λαέρτης κτεάτισσεν, quem quondam ipse Laërtes possidendum ceperat, & possessionem suam propriam fecerat. πολλὰ κτεάτισσας, supra *v.* 136.

Ἐπεὶ μάλα πόλλ' ἐμόγησεν, postquam valde multa laborando & excolendo eum agrum exantlarat: nam eum agrum voluerat esse nidum senectutis suæ Laërtes, ideo multo labore eum excoluerat: nam priscis Heroibus cultura agri erat honestissima. πολλὰ μογήσας, *Od.* Ψ, 338.

V. 207.

Κλίσιον, ου, τὸ, casa agrestis. circumædificatio circa aulam rusticam, ubi sunt stabula, & cellæ servorum, & φυλακτικὰ οἰκίδια. *in genere* est, δουλικὸν ἐντελὲς οἴκημα, ἢ

ζώων σκεπαστικόν, etiam ἁμαξῶν καὶ ζυγῶν δεκτικόν. Romanis est σαῦλον ἢ σάβυλον. in specie σταθμὸς προβάτων, eine Hürde, quæ vulgo σκέπαστη dicitur.

Ἔνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντῃ, Ubi ei domus erat, & circa eam undique circumdata erant stabula, & cellæ servorum, & alia agrestia vilia οἰκήματα; eine Art von Stall, und wo die Knechte ihre Zellen hatten, gieng von allen Seiten um das Haupt-Gebäude her.] Res sic intelligenda: Domus ipsa Laërtæ erat in medio: ejus aream amplectebantur, velut septum quoddam, ædificia tenuiora, in quibus servi essent, etiam pecora &c Κλίσιον idem est quod κλισία, diciturque de omni habitatione tenuiori, seu tenuiorum. ERN.

Πάντῃ, Od. Φ. 405.

v. 208.

Σιτέω, cibum præbeo, pasco. σιτέομαι, cibum capio vel peto.

Ἐν τῷ (κλισίῳ) σιτέσκοντο, (Jon. pro ἐσιτοῦντο,) καὶ ἵζανον, ἠδὲ ἴαυον Δμῶες, In qua (cellaria domo) cibum capiebant, & residebant, & versabantur, etiam noctu, Servi vel Operarii: de ædificio servis destinato extra domum herilem.

Ἵζανον, sedebant, habitabant: intransitive. ἵζανεν εὐρὺν ἀγῶνα, considere faciebat amplum consessum, ad spectandum, Il. Ψ. 258.

Ἴαυον, quiescebant. παρά τε μνηστῆρσιν ἴαυον, Od. Χ. 464.

v. 209.

Δμῶες ἀναγκαῖοι, Servi: nam Epith. idem dicit, quod ipsum subjectum; nisi malis dicere, esse οἱ χρειώδεις, necessarii, quibus carere non potuerit.

Τοί οἱ φίλα ἐργάζοντο, qui ei sua operabantur, die ihm dieneten. vel qui ei grata opera faciebant ruri. ἔργα δεδαέμεν ἐργάζεσθαι, Od. Χ, 422.

v. 210.

Γυνὴ Σικελὴ γρηῢς, mulier Sicula anus.

Ἐμπέλω, sum intus, versor intus.

Ἐν δὲ — πέλεν, pro ἐνέπελεν, versabatur in domo, eamque curabat opera sua.

v. 211.

Ἡ ῥα γέροντα Ἐνδυκέως κομέεσκεν (*Jon.* pro ἐκόμει) ἐπ' ἀγρῷ, quæ senem Diligenter curabat in agro, die ihn sorgfältig und geschikt pflegte. τὸν δὲ γυναῖκες — ἐ κομέεσκ, *Od.* P. 319.

Ἐνδυκέως, *Od.* T. 195.

Νόσφι πόληος, *Od.* Π. 383.

v. 213.

Ἔλθετ', (*pro* ἔλθετε,) ite.

Ἐϋκτίμενον δόμον, Vid. ad *Od.* Θ. 129.

v. 214.

Δεῖπνον δ' ἄιψα συῶν ἱερεύσατε, ὅστις ἄριστος, *i. e.* διὰ δεῖπνον σφάξετε.

v. 215.

Πατρὸς πειρήσομαι ἡμετέροιο, patrem tentabo nostrum.

v. 216.

Αἴ κ' ἔμ' ἐπιγνοίη καὶ φράσσεται (*Jon.* correpto η, pro φράσηται, aor. 1 subj. Med.) ὀφθαλμοῖσιν, An me agnoscat & cognoscat oculis: nam utraque phrasis est eadem; ob er mich erkennen werde.

v. 217.

Ἠέ κεν ἀγνοίῃσι, (aor. 2. opt. Act. *quasi* ab ἀγνῶμι: adjuncta est syllaba paragogica, subjunctivis adfigi solita,) Vel an ignoret & non agnoscat me. *coll.* 216.

Πολὺν χρόνον ἀμφὶς ἐόντα, Vid. ad *Od.* T. 221.

v. 218.

Ἀρήϊα τεύχεα, Vid. ad *Od.* Ψ. 368.

v. 220.

Ἆσσον ἴεν, Accedebat ad —.

Πολυκάρπου ἀλωῆς, Vid. ad *Od.* H. 122.

Πειρητίζων, præs. pro fut. πειρασόμενος, periculum facturus, δίνεός τε καὶ ἀλκῆς πειρήτιζεν, *Od.* X. 237.

v. 221.

Δολίος, servus fidissimus heræ suæ & Laërtæ seni.

Μέγαν ὄρχατον ἐσκαταβαίνων, magnum hortum ingressus. Vid. ad *Od.* H. 112.

Ἐσκαταβαίνω, descendo in —.

V. 222.

Οὐδ' υἱῶν] *Dolii* nempe filiorum, ut recte *Spondanus*. CLARK.

V. 223.

Αἱμασιὰς λέξοντες, Sentes collecturi. *h. l.* significantur ἄκανθαι, δι' ὧν αἱμασσεται χεὶρ, Dörne, einen Zaun zuflechten. αἱμασιάς τε λέγων, *Od* Σ. 358] Proprie est, lecturi lapides ad struendam maceriam, adeoque structuri maceriam. Est enim αἱμασια maceria e lapidibus vulgaribus sine calce & luto structa. Vid. inpr. *Salmasius* de Jur. Att. & R. p. 356. ERN.

Ἀλωῆς ἔμμεναι ἕρκος, ut hæ spinæ horti sint sepes. ἕρκεας ἐντὸς, *Od.* Ψ. 190.

V. 224.

Ὤιχοντ', Abibant.

Αὐτὰρ ὁ τοῖσι γέρων ὁδὸν ἡγεμόνευεν, at illis senex viam præivit. Vid. ad *v.* 154.

V. 225.

Εὐκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ, bene parata in area hortensi. ἐϋκτίμενον δόμον, supra *v.* 213.

V. 226.

Λιστρεύω, terram rado & distringo rastro, ich lokere die Erde oben ein wenig auf. purgo solum herbis inutilibus,

Λιστρεύοντα φυτὸν, Qui rastro purgabat solum circa plantam aliquam, terramque leviter radebat, περιξυοντα, ἀμφιλαχαίνοντα, circumfodicantem. a λίστρον, *Od.* X. 455.

Ῥυπόωντα δὲ ἕστο χιτῶνα, sordidatam *vel* illotam autem indutus erat tunicam. Vid. ad *Od.* N. 435.

V. 227.

Ῥαπτὸς, ὁ, ὸν, consutus, crasse compositus, grob über einander gesetzt, gestiket. a ῥάπτω, compono, consuo χιτῶνα ῥαπτὸν, tunicam pannis consutam, einen alten gestikten Leibrock.

Ἀεικέλιον χιτῶνα, informem tunicam. δίφρον ἀεικέλιον, *Od.* Υ. 259.

Περὶ δὲ κνήμῃσι (*pro* κνήμαις) βοείας Κνημῖδας ῥαπτὰς δέδετο, (*pro* περιεδέδετο,) circum vero tibias bubulas Ocreas crasse compositas *vel* consutas ligaverat sibi.

Βοείας Κνημῖδας, Stiefeletten von Ochsenhaut.

V. 228.

v. 228.

Κνημῖδας ῥαπτὰς, geflikte oder doppelte Stiefeletten. *h. l.* non sunt bellicæ ocreæ, sed rusticæ, & βύρσαι, δι' ὧν κνῆμαι τοῖς ἀγρόταις καλύπτονται, maxime si volunt spinas ingredi, ne tibiæ spinis lacerentur. Vid. ad *Il.* Γ. 330.

Γρατπὺς, ύος, ἡ, strictura, vulneratio cutis superioris, eine Aufritzung. a γρατπτὸς, ἡ, ὸν, strictus, stringendo vulneratus

Γρατπῦς (*pro* γρατπύας) ἀλεείνων, lacerationes a sentibus devitans. ἀλεείνων, *Od.* Τ. 373.

v. 229.

Χειρὶς, ῖδος, ἡ, Chirotheca, ein Handschuh: τὸ τῶν χειρῶν κάλυμμα ἐκ δερμάτων. ab ἡ χείρ.

Manus & tibias habuerunt Veteres plerumque nudas, nullumque usum fuisse annulorum apud *Homerum* notavit *Plinius*, (*Lib. XXXIII. Cap.* 2.) Semel, quod sciam, χειρῖδας, quas nunc *chirothecas* dicimus, nominavit Homerus, *h. l.* ubi eas seni Laërti attribuit, ne agrum excolens dumis læderetur: eo enim ab urbe secedens se abdiderat, ut vitam mœroris & squaloris plenam ageret, Terentiani Menedemi instar, quod absentem tot annos filium suspicabatur jam periisse. Ex qua materia χειρῖδες istæ essent confectæ, *Homerus* non dixit, etsi contendat *Eustathius* fuisse ex pellibus; cui non repugno, nam eundem Laërtem ocreis bubulis tibias habuisse communitas Vates tradit eandem ob caussam, ut reor, qua & contectas habuit manus: fortasse etiam, ut ætate gravissima utrasque a frigore defensaret. RICC. *Tom II. p.* 143. *sq.*

Βάτος, ου, ἡ, rubus, ein Brombeerstrauch, sehr scharfer kleiner Dornbusch.

Ὕπερθεν, superne.

v. 230.

Αἰγείην κυνέην κεφαλῇ ἔχε, Caprinam galeam in capite habebat. *h. l.* non est bellica, sed simpliciter τὸ ἐξ αἰγὸς κάλυμμα κεφαλῆς: nam opus in agro facturus imponebat eam ibi capiti suo. κυνέας χαλκήρεας ἱπποδασείας, *Od.* Χ. 145.

Αἰγείην κυνέην· ἄγριον ἀσκὸν, *Od.* Ι. 196.

πένθος ἀέξων, dolorem animo fovens. Vid. ad *Od.* P. 489.] Vertam: *dolorem fovens.* Indicat Poëta, interea dum opus rusticum faceret, indulsisse dolori, cui fovendo apta solitudo agri, & labor corporis in tali solitudine. Itaque procul ex ore senis intelligit Ulysses tristitiam animi. ERN.

v. 231.

Ἐνόησε, animadvertit.

v. 232.

Γήραϊ τειρόμενον, Senectute confectum. Vid. ad *Od.* H. 218.

v. 233.

βλωθρὴ ὄγχνη, pirus alta, hoch und wohl gewachsene Birnbaum. βλωθρὴ πίτυς, pinus procera & alta, die hoch aufgeschoßne Fichte, *Il.* N. 390.

Στὰς ἄρ᾽ ὑπὸ βλωθρὴν ὄγχνην, Stans sub patula piro. Vid. ad *Od.* Λ. 588.

Κατὰ δάκρυον εἶβε, lacrymam effundebat.

v. 234.

Μερμήριξε, Deliberavit.

v. 235.

Κύσσαι καὶ περιφῦναι ἑὸν πατέρ᾽, Osculari & amplecti lacertis suum patrem. Vid. ad *Od.* T. 416. 417.

v. 236.

Ὡς ἔλθοι καὶ ἵκοιτ᾽ ἐς πατρίδα γαῖαν. Vid. ad *Od.* Ψ. 7. & 27.

v. 237.

Ἦ πρῶτ᾽ ἐξερέοιτο, An prius percontaretur.

Ἕκαστά τε πειρήσαιτο, singulaque exploraret, quærendo & interrogando.

v. 238.

Od. X. 338.

v. 239.

Πρῶτον κερτομίοις ἐπέεσσιν πειρηθῆναι, Primum cor pungentibus verbis experiri eum. Ulysses personatus alloquitur patrem suum *fictis* verbis, quibus eum valde commovet & varie. Vid. ad *Od.* Y. 177.

v. 240.

Τὰ φρονέων, In der Absicht.

Ἰθὺς

